1B8

Vale D.B:5

Digitized by Google

| | | | |
|---|---|---|---|
| Camiſci da Donne | | | 4 |
| Touaglie | | | 12 |
| Camiſci da Uomo | | | 1 |
| Panicelli | | | 3 |
| Toderetti | | | 12 |
| Mattande | pari | | 12 |
| Touaglietti | | | 8 |
| Fazzoletti | colore | | 3 |
| Calzetti | pari | | 8 |
| Potature | | | 1 |
| Burtino | | | 12 |
| Bancelli | | | 4 |
| Ffinale | | | 1 |
| Sacogia | | | 1 |
| Arucci | | | 1 |

Digitized by Google

# דִּקְדּוּק לְשׁוֹן הַקֹּדֶשׁ

HOC EST

# GRAMMATICA

LINGUÆ SANCTÆ INSTITUTIO,

Cum vocum omnium anomalarum
indice, & explicatione,

AUCTORE

JOSEPHO PASINO

*Sacræ Scripturæ, & Linguæ Hebraicæ
in Gymnaſio Taurinenſi Profeſſore.*

ACCEDIT EJUSDEM

# ORATIO

*Habita, cum publicum docendi munus
auſpicaretur, A. MDCCXX.*

JUSSU, ET AUSPICIIS

INVICTISSIMI REGIS

## VICTORII AMEDEI.

EDITIO ALTERA CORRECTIOR, ET AUCTIOR.

PATAVII, Typis Seminarii, MDCCXXXIX.
Apud Joannem Manfrè. *Superiorum permiſſu.*

Digitized by Google

INVICTISSIMO REGI

# VICTORIO AMEDEO

JOSEPHUS PASINUS

F.

UT primum in ampliſſimam hanc diſciplinarum, & artium Academiam, tua munificentia, Rex Invictiſſime, inſtauratam me advocaſti, illud ſtatim cogitare cœpi, qua ratione fieri poſſet, ut id ex animi tui voto conſequerer, cujus gratia me tam benigne advocaveras. Ac Linguæ Hebraicæ inſtitutio, quæ

mihi una cum Sacrarum Litterarum interpretatione demandata fuit, abſolutiore forma & methodo, quam hactenus tradita fuit, indigere viſa eſt. Ex Grammaticis enim Hebræi cum ipſo nomine inviſi ſunt, tum fere obſcuri, & ex apicibus, & punctis myſteria captantes; Romani plerumque breviores, quam ad docendum opus ſit; Heterodoxi plus æquo fuſi, & nimia congerendi cura impediti. Itaque cum certa Scripturarum cognitio ex recta linguarum intelligentia dependeat, quod tu quoque incredibili tua ſapientia, Rex optime, vidiſti, omnem diligentiam, & operam in illud contuli, ut Grammaticas Hebraici ſermonis inſtitutiones componerem, & quam maxima perſpicuitate poſſem, univerſum hujus linguæ uſum ſtudioſæ juventuti patefacerem. Hanc autem ſtudii noſtri lucubrationem nomine tuo auſpicatiſſimo ornandam, ac muniendam putavi, tum quod in ſolo tuo nata eſt, tum quod omnes intelligere volui, quam bene de Catholica Eccleſia in hac litterarum inſtauratione ſis meritus, qui Sacras

Pa-

Palæſtinæ Muſas deſertas, atque obſoletas tutiſſimo loco excipis, magnaque liberalitate & munificentia complecteris. Erubeſcebant illæ quidem in tantam hanc præclariſſimarum artium ac diſciplinarum ſocietatem venire; ſed auguſtam Urbem ingreſſæ, vix de animi tui pietate ac magnanimitate audivere, cum anxiæ atque ſollicitæ a me magnopere contenderunt, ut ſe aliquando in Regium conſpectum proferrem. En illas igitur pedibus provolutas tuis, ſimplices, rudes, verecundas, habitu moribuſque antiquis, ſed ob id ipſum tua clementia, tuoque patrocinio dignas. Fac ut intelligant, Regis eſſe, atque adeo AMEDEI, nullum litterarum genus magis fovere, quam quod ad Religionem pertineat.

AD

# AD PHILOHEBRÆOS

Ex Michlol R. Davidis Kimchi.

הַשְׂכֵּל וְיָדוּעַ אֲשׁוּ נִכְחִי
וּלְעִלְּגֵי שָׂפָה אָחוּ רוּחִי:
יִזַּל כְּטַל שִׂיחִי וְאִמְרָתִי
עַל גֵּז כְּמָטָר יַעֲרוֹף לִקְחִי:
אֶקְרָא בְּשֵׁם אֵל לַעֲזוֹר אוֹתִי
כִּי הוּא לְבַד שִׂבְרִי וּמִבְטָחִי:
יָדַע לְבָבִי כִּי בְתוֹם הוֹלֵךְ
בּוֹחֵן סְעִיפוֹתַי וּבָן טוּחִי:
לֹא לַעֲשׂוֹת לִי שֵׁם אֲנִי כֹתֵב
וּלְהַעֲלוֹת זִכְרִי וְטוּב שִׁבְחִי:
אָכֵן לְיַשֵּׁר נַעֲוֵה לָשׁוֹן
וּלְנֶחֱלֵה שָׂפָה יְהִי מִרְחִי:
וּלְיוֹדְעִים חֵן מַעֲנֶה אֶתֵּן
גַּם לַחֲכָמִים אֶרְקְחָה רִקְחִי:

סִפְרִי

# EJUSDEM CANTICI

## Interpretatio.

*Intellectum, & ſcientiam diſponam coram me;*

*Et balbutientibus labio indicabo ſpiritum meum.*

*Fluet ut ros eloquium meum, & ſermo meus,*

*Super herbam ſectam, ſicut pluvia ſtillabit diſciplina mea.*

*Invocabo nomen Dei, ut auxilio ſit mihi.*

*Nam ipſe ſolus ſpes mea & fiducia mea;*

*Cognoſcit cor meum, quod in integritate ambulem;*

*Probat cogitationes meas, & intelligit præcordia mea.*

*Non ad comparandum mihi nomen, ego ſcribo,*

*Et ad extollendam memoriam mei, & magnam laudem meam;*

*Verumtamen ad dirigendum perverſum lingua,*

*Et ut infirmo labiis inſerviat emplaſtrum meum.*

*Scientibus autem gratiam reſponſum dabo,*

*Etiam ſapientibus condiam condituram meam.*

Li-

סִפְרִי יְהִי זִכְרִי וְאֶעְדֵּהוּ
תָּמִים כְּטוֹטֶפֶת עֲלֵי מִצְחִי׃
כַּסְפִּי זְהָבִי הוּא וְטוֹב סַחְרִי
הוּא יִהְיֶה מִכְרִי וּמֶקָחִי׃
הוּא יִהְיֶה לַחְמִי בְּעֵת אֶרְעָב
וּלְרִיב לְשׁוֹנוֹת יִהְיֶה שִׁלְחִי׃
הוּא יַעֲרוֹךְ שֻׁלְחָן לְכָל־רָעֵב
שֻׁלְחַן לְשׁוֹן עֵבֶר וּבוֹ יֶחִי׃

*Liber meus erit monumentum meum, ipſum ornabo*
*Jugiter, ſicut monumentum ſuper frontem meam.*
*Argentum meum, aurum meum ipſe eſt, & optima merx mea;*
*Ipſe erit venditio mea, & emtio mea;*
*Ipſe erit panis meus tempore, quo eſuriero,*
*Et in contentione linguarum erit gladius meus.*
*Ipſe diſponet menſam omni eſurienti,*
*Menſam linguæ Hebrææ, ut in ea vivat.*



Digitized by Google

# NOI RIFORMATORI

## Dello Studio di Padova.

AVendo veduto per la Fede di Reviſione, e Approvazione del P. *F. Paolo Antonio Agelli Inquiſitore di Padova*, nel Libro intitolato: *Grammatica Linguæ Sanctæ Inſtitutio cum Novis additionibus: Auctore Joſepho Paſino Sacræ Scripturæ, & Linguæ Hebraicæ in Taurinenſi Gymnaſio Profeſſore*; non v'eſſer cos'alcuna contro la Santa Fede Cattolica, e parimente per Atteſtato del Segretario Noſtro, niente contro Principi, e buoni coſtumi, concediamo Licenza a *Gio: Manfrè Stampatore*, che poſſa eſſere ſtampato, oſſervando gli ordini in materia di Stampe, e preſentando le ſolite Copie alle Pubbliche Librerie di Venezia, e di Padova.

Dat. 24. Maggio 1739.

( Gio: Pietro Paſqualigo Rif.
(
( Daniel Bragadin Cav. Proc. Rifor.

Regiſtrato in lib. a carte 1.

*Agoſtino Gadaldini Segr.*

1739. 27. Maggio.
Regiſtrato nel Magiſtr. Eccellentiſſimo contro la Beſtemmia.

*Vettor Gradenigo Segr.*

דִקְדוּק

# · דִּקְדּוּק לְשׁוֹן הַקּוֹדֶשׁ

# PRIMA PARS.

## CAP. I.

### *De Literis.*

HEBRÆORUM LITERÆ ſunt 22. & omnes conſonæ: nullas enim antiquitus expreſſas vocalium figuras noverant Hebræi, quod & reliquis linguis Orientalibus commune eſt. Duplex porro eſt earum figura; una Biblica, qua textus Sacræ Scripturæ exarari ſolet; altera Rabbinica ad ſcribendi celeritatem magis accommodata, qua in ſuis commentariis, aliiſque ſcriptis utuntur Rabbini.

### *Alphabetum.*

| Biblicum | | | Rabbinicum |
|---|---|---|---|
| א | Aleph אָלֶף | ſpiritus tenuis. | ח |
| ב | Beth בֵּית | bh, & v conſonans. | ב |
| ג | Ghimel גִּימֶל | gh | ג |
| ד | Daleth דָּלֶת | dh | ד |
| ה | He הֵא | h. ſpiritus aſper. | ה |

| Biblicum | | | Rabbinicum |
|---|---|---|---|
| ו · | Vau וָו | v conſonans fortior, quam ב. | ו |
| ז * | Zain זַיִן | ſ leniſſimum ſonat. | ז |
| ח * | Cheth חֵית | ch ſpiritus aſperior. | ח |
| ט * | Teth טֵית | t | ט |
| י ·· | Jod יוֹד | j conſonans. | י |
| כ ·· | Caph כַּף | ch | כ |
| ל ·· | Lamed לָמֶד | l | ל |
| מ ·· | Mem מֵם | m | מ |
| נ ·· | Nun נוּן | n | נ |
| ס * | Samech סָמֶךְ | ſ acutum. | ס |
| ע * | Ain עַיִן | h ſpiritus qui exprimi non poteſt, niſi viva voce. | ע |
| פ * | Pe פֵּא | p, & ph φ Græcorum. | פ |
| צ * | Tzade צָדֵי | tz | צ |
| ק – | Coph קוֹף | K κ Græcorum. | ק |

| Biblicum | | | Rabbinicum |
|---|---|---|---|
| ר | Reſ רֵישׁ | r | ר |
| שׁ | Scin שִׁין | Sc, aut ſch Germanorum. | ש |
| שׂ | Sin שִׂין | ſ acutum, ut Samech: orta hæc litera ex prava pronunciatione שׁ. | ש |
| ת | Thau תָּו | th | ת |

Ex his quinque aliter ſcribuntur in fine dictionum, unde dictæ *finales*, & *biformes*, quas memoriæ cauſſa vocant Grammatici מנצפך *Menatzpach*, vel *Chamnephatz*, ſcilicet

כך מם נן פף צץ

כך מם נן פף צץ

Quatuor latius diducuntur tum ornatus gratia, tum ad lineæ complementum, quæ voce diviſa nunquam abſolvitur: ת ם ה א, nonnumquam etiam ſic dilatantur ל, & ר.

Literarum pronunciatio verbis ſatis exprimi non poteſt; præceptoris voce opus eſt.

Literæ præterea juxta quinque organa, quæ diſtincta ſingularum pronunciatione occupantur, in quinque dividuntur claſſes: ſcil. in literas

Gutturis אהחע hachah.

Linguæ דטלנת datlanath.

Palati גיכק GhichaK.

Dentium זסשרץ Zaſſceratz.

Labiorum בומף Bumaph.

Hujus diſtinctionis uſus inſignis eſt, quia *literæ omogeneæ*, ſive *unius organi facile inter ſe commutantur*. Ex quo principio factum eſt, ut innumeræ prope voces pronunciationis affinitate inter ſe ſint commutatæ, atque in alias, & alias linguas traductæ. *Gutturales* & *labiales* præcipue ſunt ſcitu neceſſariæ propter vocalium, ſeu punctorum mutationem, quæ ex iis cum nominibus, tum verbis accidere ſolet.

Denique quatuor literæ אהוי, *ehevi*, ſive, ut aliis placet, יהוא *Jehu*, omni exutæ vocali omnem quoque valorem in pronunciando amittunt, ac propterea *literæ quieſcentes* vocantur.

א Quidem, & ה ubique, & ſemper quieſcunt, ut בָּרָא *barà*, *creavit*, צְדָקָה *tzedakàh*, *juſtitia*.

ו Quando habet Cholem, vel Surek; ut טוֹב, *tov*, *bonus*, הוּא, *hù*, *ille*.

י Poſt Kametz, ſequente Vau mobili, poſt Tzere, Chirek, & Sægol: ut דִּבְרֵי *divrè*, *verba*, בִּין *bin*, *intelligere*, אַחֶיךָ *achècha*, *fratres tui*, דְּבָרָיו, *devaràu*, *verba ejus*.

ו Item & י in fine dictionum cum quibuſdam punctis quaſi in unam diphthongum coaleſcunt, & quidem ו poſt Kametz, Pathach, Tzere, & Chirek: ut דְּבָרָיו, *devaràu*, *verba ejus*, קַו *Kàu*, *linea*, שָׁלֵו *ſalèv*, *tranquillus*, פִּיו, *pìu*, *os ejus*. Jod autem poſt Kametz, Pathach, Vau-cholem, & Surek: ut אֲרוֹנָי, *adonài*, *dominus*, דְּבָרַי, *devarài*, *verba mea*, גּוֹי, *ghoi*, *gens*, בָּנוּי, *banùi*, *ædificatus*.

# CAPUT II.

## *De Punctis, ſeu literis Vocalibus.*

CUm nullum vocis ſonum in qualibet linguâ ſolæ conſonantes literæ edere poſſint, ſuæ ſunt & Hebræis vocales, antiquitus quidem nulla figura expreſſæ, ſed a Maſorethis deinde anno circiter 600. *Chriſti Domini* adjuvandæ lectionis cauſſa punctis quibuſdam formatæ. Et ſunt numero 14. quinque longæ, quinque breves, & quatuor breviſſimæ.

### *Longæ.*

| | | | |
|---|---|---|---|
| 1 *Kametz* | אָ | *A* | קָמֵץ· |
| 2 *Tzere* | אֵ | *E* | צֵרֵי· |
| 3 *Chirek longum* | אִי | *I* | חִירִיק גָּדוֹל· |
| 4 *Cholem* | אֹ | *O* | חוֹלֶם· |
| 5 *Surek* | וּ | *V* | שׁוּרֶק· |

1 Kametz a Maſorethis dicitur etiam Kametz *magnum*, & רָחָב *latum*.

2 Tzere dicitur etiam Kametz *parvum*, & interdum etiam *ſimplex Kametz*.

3 Chirek longum dicitur quoque Chirek cum Jod.

4 Et Cholem ſæpe vau Cholem.

Hæc vocalis litera ſignatur tantum in ventre literæ *Vau*, quoties præcedit vocalis longa; nam ſi præcedat brevis, punctum illud eſt Daghes, de quo capite ſequenti.

## *Breves.*

| | | | |
|---|---|---|---|
| 1 *Pathach* | אַ | *A* | פַּתַח. |
| 2 *Sægol* | אֶ | *E* | סֶגוֹל. |
| 3 *Chirek* | אִ | *I* | חִירִיק קָטוֹן. |
| 4 *Kametz-Chatuph* | אָ & אֳ | *O* | קָמֶץ חָטוּף. |
| 5 *Kibbutz* | אֻ | *V* | קִבּוּץ. |

1 Pathach a Maſorethis appellatur *Pathach magnum*.
2 Sægol appellatur etiam *Pathach parvum*.
3 Chirek appellatur etiam *Chirek breve*.
4 Kametz-Chatuph appellatur etiam *Kametz Cateph*.
5 Kibbutz appellatur quandoque *Surek*.

## *Breviſſimæ.*

*Sceva ſimplex* בְ *E*.

& Triplex *Sceva compoſitum*.

| | | |
|---|---|---|
| *Cateph Pathach* | אֲ | *A*. |
| *Cateph Sægol* | אֱ | *E*. |
| *Cateph Kametz* | אֳ | *O*. |

## *De uſu Sceva Simplicis.*

*Sceva ſimplex* duplex eſt; *mobile*, quod legitur, & *quieſcens*, ἄφωνον, quod non legitur. Mobile omnibus literis adhibetur, exceptis gutturalibus; eſt autem mobile,

1. In principio dictionis, ut בְּרֵאשִׁית, *bereſcith*, *in principio*.

2. Sub

2. Sub litera, quæ proxime geminatur; ut הַלְלוּ, *halelù*, *laudate*.

3. Sub litera punƈto Daghes ornata; ut פִּקְדוּ, *pakedù*, *præficite*, aut in cujus ventre Daghes occultetur; ut יְבַקְשׁוּ, pro יְבַקְּשׁוּ, *quærent*.

4. Poſt alterum Sceva; ut יִפְקְדוּ, *iphkedù*, *viſitabunt*.

5. Poſt vocalem longam, ut יֵשְׁבוּ, *ieſcevù*, *ſedebunt*.

*Mutum* eſt.

1. Poſt vocalem brevem; ut פִּקְדוּ: *pikdù*, *viſitate*: niſi vocalis brevis vicem gerat vocalis longæ, ut יִרְאוּ *ireù*, pro יִירְאוּ, *timebunt*.

2. Poſt vocalem longam accentu tonico notatam; ut תִּפְקֹדְנָה, *tiphkòdnah*, *viſitabitis*.

3. In fine diƈtionis etiam geminum quieſcit; ut יֵשְׁתְּ, *ièſcth*, *bibet*.

Omnis litera mobilis in fine diƈtionis punƈto deſtituta cenſetur habere ſub ſe Sceva, licet non reperiatur expreſſum. Quæ regula obſervanda propter uſum Daghes lenis ab initio, quod ſecundum doƈtrinam a Rabbinis traditam ſemper ante ſe in media oratione requirit Sceva quieſcens.

Duplex Sceva ab initio diƈtionis conſiſtere nequit: quare ſi analogia vocis utrumque poſtulet, tunc prius mutatur in Chirek, aut in Pathach, vel Sægol propter gutturalem, vel ר: ut דִּבְרֵי *verba*, pro דְּבְרֵי, אַבְנִים *lapides*, pro אְבְנִים. Si vero alterum Sceva fuerit ſub Jod, omnino tollitur, ut בִּימֵי pro בְּיְמֵי, *in diebus*.

De

## *De uſu Sceva Compoſiti.*

*Sceva compoſitum* literarum *gutturalium* proprium eſt loco Sceva ſimplicis mobilis; attamen nonnunquam etiam aliis literis ſubſcriptum reperitur; ut אִמְּרוֹת *eloquia*. גִּלְלוּ *revolverunt*. Hinc orta Grammaticorum regula. *Litera gutturalis punctat ſe, & præcedentem*: punctat ſe, quatenus pro Sceva ſimplici ſuſcipit compoſitum; punctat præcedentem, quia hæc pro Sceva ſimplici notatur vocali brevi orta ex Sceva compoſito, quod proximæ gutturali ſubjicitur; ſcilicet *Pathach*, ſi ſequatur Chatephpathach; *Sægol*, ſi Chatephſægol, & *Kametzchatuph*, ſi Chatephkametz, ut אָהֳלוֹ, *tentorium ejus*; יַעֲשֶׂה *faciet*, בֶּאֱמוּנָה *in veritate*. Kametz tamen, quod eſt ante Chateph Kametz, puto cum Buxtorphio euphoniæ cauſſa pronunciandum per Kametz longum; ut וָחֳלִי *vacholì*, *& infirmitas*, non *vocholì*.

Sæpe autem fit, ut Cateph ſægol, & Sægol antecedens contrahantur in Tzere; ut לֵאמוֹר *dicendo*, pro לֶאֱמוֹר: & Catephpathach cum ſuo Pathach in unicum Pathach; ut בַּאדֹנָי *in domino*, pro בַּאֲדוֹנָי.

*Sceva compoſitum* reſolvitur aliquando, vel in Sceva ſimplex, vel in ſuam brevem, remanente interea ſub præcedenti litera ea vocali, quam Grammatica requirebat, idque præcipue, cum Sceva ſimplex ſequitur; ut תַּהַרְגוּ *occidetis*, pro תַּהַרְגוּ, יֶאְשְׁמוּ *vaſtabuntur*, pro יֶאֱשְׁמוּ.

Quod ad literarum pronunciationem una cum punctis, prius auditur litera, quam punctum literæ: non enim

enim dicitur לָ *al*, ſed *la*. Excipe [illegible], & הּ cum Mappik in fine dictionis. Nam poſt Tzere, Chirek longum, Cholem, & Surek ad faciliorem ſui pronunciationem aſſumunt ſub ſe Pathach, quod ante eas furtim pronunciatur, unde Hebræi illud vocant; פַּתַח גְּנוּבָה *Pathach furtim aſcitum*; ut שָׂמֵחַ *Sameach*, *hilaris*, מָשִׁיחַ *Maſciach*, *Meſſias*, יוֹשִׁיעַ *Joſciah*, *ſalvabit*, גָּבֹהַּ *Gaboah*, *excelſus*. Fit autem ſæpe craſis, ut יַשְׁמַעַ *perſonabit*, pro יַשְׁמִיעַ; & יִשְׁמַע *audiet*, pro יִשְׁמֵעַ.

# CAPUT III.

## *De Daghes, & Mappik.*

Daghes eſt punctum ventri literarum inſcriptum, earum pronunciationi inſerviens. Duplex eſt; *Lene*, & *Forte*.

*Lene* inſcribitur tantum literis בגדכפת, *beghadchephath*, & ab iis aſpirationem tollit: unde בּ pronunciandum per *b*, ſine Daghes per *v* literam conſonantem, פּ per *p*; ſine Daghes per *ph*.

*Forte* literam pronunciatione geminat, & omnibus literis adhibetur præter gutturales, & ר. Eſt autem Daghes *forte*, quoties non præcedit Sceva; ut נִגַּשׁ *accedemus*. *Lene* enim ſemper ſequitur Sceva quieſcens; ut אֶצְבַּע, *digitus*.

## *De uſu Daghes Lenis.*

*Daghes lene* inſcribitur literis בגדכפת, *beghadchephath*.

1. In principio *periodi*; ut בְּרֵאשִׁית, *In principio*.

2. Ab initio dictionis, quoties præcedens dictio ter-

terminatur [redacted] conſonante mobili ut בְּרֵאשִׁית בָּרָא, *in principio creavit*. Nam ſi litera quieſcente, aut vocali longa finitur, aſpiratæ manent; Excipe tamen

1. Quando vocem vocali longa, aut litera quieſcente finitam ſequitur dictio incipiens a duabus ex בגדכפת beghadchephath ejuſdem organi, aut ex eadem geminata, & prior habeat Sceva, ut נִשְׁכְּבָה בְּבָשְׁתֵּנוּ *dormiemus in confuſione noſtra*.

2. Quando in fine præcedentis dictionis eſt הּ cum Mappik, aut literæ ו, & י per diphthongum efferuntur: ut בְּצִדָּהּ תָּשִׂים *in latere ejus pones*; לְגוֹי גָּדוֹל *in gentem magnam*. Hinc poſt יְהוָה & יֱהוִֹה literæ Beghadchephath accipiunt Daghes, quia alterum eſt pro אֲדֹנָי, alterum pro אֱלֹהִים. Et hujus exceptionis cauſſa Grammaticis dicitur מַפִּיק *proferens*, ſcil. literam quieſcentem.

3. Quando vox litera quieſcente, aut vocali longa finita accentum habet Regem; ut כִּי בֵן *quoniam filius*: & Grammatici vocant מַפְסִיק *pauſans*, quaſi ibi fiat pauſa, & incipiat verſus.

4. Quando præcedunt voces מַה, & זֶה ſequenti dictioni per Makaph colligatæ; ut מַה־תַּעֲשֶׂה *quid facies*? & dicitur hæc cauſſa דְּחִיק *premens*, quaſi accentus Makaph premat, & cogat literam ſequentem recipere Daghes.

5. Quando vox præcedens in ָ, vel ָה, vel ֶה finita accentum habet in penultimâ; ut עֹשֶׂה פְּרִי *faciens fructum*: & dicitur אָתֵי מֵרָחִיק *veniens de longinquo*, ſcil. accentus.

6. Quan-

6. Quando vocem litera quieſcente finitam, & accentu miniſtro notatam ſequitur virgula פְּסִיק Peſik ׀. Cum enim hæc pauſula pronunciationis celeritatem inhibeat, vocem præcedentem a ſequenti dirimit, ut Daghes recipere queat, ut מִי ׀ כָּמֹכָה בָּאֵלִים *quis ſicut tu inter fortes?*

7. Tandem literæ בגדכפת *beghadchephath* recipiunt Daghes poſt vocem Aleph finitam, præcedente Sceva quieſcente; ut וַיַּרְא פַּרְעֹה *& vidit Pharao*.

3. Daghes lene inſcribitur literis Beghadchephath in media dictione poſt Sceva quieſcens: ut אֶצְבַּע *digitus*: Excipe

1. Non inſcribitur poſt Sceva quieſcens, quod eſt loco Kametz, vel Tzere; ut בִּרְכָתוֹ *benedictio ejus*, a בְּרָכָה; מַלְכֵי *reges*, a מְלָכִים.

2. Poſt Sceva initiale in forma nominum abſoluta, quando illi præponitur aliqua litera ſervilis: ut לִגְבוּל *termino*. Hanc rationem imitantur verba Infinitivi modi in Kal a Sceva incipientia, quando illis præfigitur ב, aut כ, nam cum ל plerumque amant Daghes: ut בִּכְתֹב *in ſcribendo*.

3. Poſt Sceva quieſcens in Infinito Kal cum pronominibus affixis: ut עַל פָּקְדוֹ *ob viſitandum illum*.

4. Poſt Sceva in Imperativo Kal, ſive abſolute, ſive cum pronominibus affixis, ſive cum ה paragogico: ut שִׁכְבוּ, *cubate*, שִׁכְבָה, *cubato*.

5. Poſt Sceva, quod vocalem brevem ex Sceva composito natam ſequitur; ut יַעַבְדֶנּוּ *colet eum*.

6. כ in affixis poſt Sceva quieſcens ſemper eſt aſpiratum; ut דְּבַרְכֶם *verbum veſtrum*.

7. Sunt

7. Sunt quædam, quæ uſus aſpirata retinuit: diligentia, quæ plurimum in rebus omnibus poteſt, obſerventur, & notentur.

Olim, quando literæ בגדכפת *beghadchephath* eſſent aſpiratæ, notabatur ſuper illas lineola quædam, quam dicunt *Raphe*, hoc pacto בֿ: (ut videre eſt in quibuſdam antiquiſſimis Bibliis Conſtantinopoli impreſſis;) ſed hodie plane exolevit.

## *De uſu Daghes Fortis.*

*Dagheſ forte* quadruplex eſt.

*Demonſtrativum*, quod adhibetur poſt הַ *demonſtrativum;* ut הַדָּבָר, *verbum*.

*Compenſativum*, quod compenſat aliquam literam abjectam; ut הִגִּישׁ pro הִנְגִישׁ, *admovit*.

*Characteriſticum*, quod indicat Conjugationes; ſcil. *Pihel*, ut פִּקֵּד, *præfecit*, & *Puhal*, ut פֻּקַּד, *præfectus fuit*.

*Euphonicum*, quod ſolius Euphoniæ cauſſa inſcribitur, ut מִקְדָּשׁ *ſanctuarium*. Hoc Daghes euphonicum, quia adhibetur aliquando ab initio dictionum, dicitur etiam *Daghes Forte initiale*,

Cujus uſus præſertim eſt poſt voces penacutas in ךָ, תָ, הָ, vel הֶ finitas, & poſt מַה, & זֶה: ut יַם־סּוּף *mare Suph*: מַה טּוֹב *quam bonum*, וְזֶה לְּךָ & *hoc tibi*. Excipe, ſi vox illa ſequens accentum habeat in penultima; ut וְעָשִׂיתָ פָרֹכֶת *facies velum*. Singulare eſt קוּמוּ סְּעוּ *ſurgite*, *proficiſcimini*, ubi Samech habet Daghes ſine ulla cauſſa.

Ceterum *Daghes Forte* rariſſime eſt poſt vocales longas, quod ſi reperiatur, ſemper præcedit accentus

tus tonicus, & vox eſt penacuta; ut לָמָּה *quare*. Unicum excipe בָּתִּים *domus*, quod eſt acutum, & cum Kametz longo ante Daghes forte præter normam. Poſt breves proprie adhibetur; & nunquam poſt breviſſimas, excepta unica voce שְׁתַּיִם *duo*.

Cum autem vocum analogia ſæpe poſtulet, ut poſt vocales longas Daghes forte adhiberi oporteat, fit, ut vocales longæ antecedentes in breves eis analogas mutentur, ſcil. *Cholem* in *Kametzchatuph*, vel *Kibbutz*: *Tzere* in *Chirek*; *Surek* in *Kibbutz*; ut a תֹּם *integritas* fit תֻּמִּים *integritates*; a רֹן *cane*, fit רַנּוּ *canite*, a קֵן *nidus* fit קִנִּים *nidi*, & a חָרוּל *urtica* eſt חֲרֻלִּים, *urticæ*.

Contra verò Daghes forte ex gutturalibus, & ר excluſum literas antecedentes breves in longas convertit; *Pathach* in *Kametz*, *Chirek* in *Tzere*, *Kibbutz* in *Surek*, vel *Cholem*: ut יְבָרֵךְ pro יְבָרֵּךְ *benedicet*, בֵּרֵךְ pro בֵּרֵּךְ *benedixit*, בֹּרַךְ pro בֻּרַּךְ *benedictus fuit*. Frequenter etiam ſine ulla compenſatione ex gutturalibus exit, ut מְרַחֶפֶת *incubans*, pro מְרַחֶּפֶת.

Tandem Daghes forte ex litera ſcevata ſæpe excidit, ut exempla paſſim oſtendunt.

## *De Mappik.*

*Mappik* eſt punctum, quod literis tantummodo ה, & י inſcribitur, eaſque genuino ſuo ſono, ſcil. הּ per *a*, & יּ per *j* pronunciandas eſſe docet, cum ſine eo quieſcerent. Literæ quidem ה inſcribitur in fine vocis; ut בְּנָהּ *benàa*, *filius ejus*: Jod autem in media dictione poſt Chirek breve; ut גָּפְרִיּוֹת *ghophrijeth ſulphur*.

CA-

# CAPUT IV.

## *De differentia Kametz brevis, ſive Kametz-Chatuph a Kametz longo, & a Chateph Kametz.*

DUplex eſt figura *Kametz chatuph*; אָ, & אֳ; quarum altera convenit cum *Kametz longo*, altera cum *Chateph Kametz*. Multæ traduntur a Grammaticis regulæ, quibus hæ vocales ab invicem diſcernuntur; præcipuas nos ſubjicimus.

## *De Kametz brevi, & Kametz longo ſunt quinque.*

1. *Kametz* ante Sceva abſque accentu Methegh eſt *Kametz chatuph*; ut חָכְמָה *chochma*, *ſapientia*. Sed Typographorum incuria ſæpe Methegh in Scripturis omiſſum eſt; unde attendenda analoga vocum flexio.

2. *Kametz* abſque accentu tonico ante Daghes forte eſt Kametz breve; ut רָנּוּ *ronnù*, *cantate*: excipe בָּתִּים, *bathìm*, *domus*.

3. *Kametz* ultimæ Syllabæ accentu tonico deſtitutum ante conſonam mobilem breve eſt, ut וַיָּקָם *vajàkom*, *ſurrexit*.

4. *Kametz* ultimæ ſyllabæ ante conſonam mobilem ſequente Makaph, eſt Kametz Chatuph; ut כָּל־אֲשֶׁר *chol aſcèr*; *omnis*, *qui*.

5. *Kametz* ante gutturalem notatam Chateph Kametz breve eſt, ut אָהֳלוֹ *oholò*, *tentorium ejus*.

De

## *De Chateph Kametz, & Kametz Chatuph tres.*

1. Poſt *Kametz Chatuph* ſemper ſequitur vel Sceva quieſcens, vel Daghes forte; nunquam poſt Chateph Kametz.

2. *Kametz Chathuph* omnibus Alphabeti literis ſubjicitur, Chateph Kametz proprie gutturalibus, aliis rariſſime.

3. *Kametz Chatuph* ſæpe ſine duobus punctis ſcribitur: Chateph Kametz vero nunquam.

# CAPUT V.

## *De Accentibus, eorumque uſu, poteſtate & numero.*

QUæ de accentibus a Rabbinis traduntur, ſingula referre cum admodum laborioſum, tum inutile ac nullius momenti eſt. Quam ob rem ea tantum in medium afferemus, quibus uſus linguæ carere nequit.

Accentus igitur ſunt in duplici claſſe; alii dicuntur *Grammatici*, ſive *Tonici*, alii *Rhetorici*, ſive *Euphonici*. *Tonici* ſunt, qui ultimam, vel penultimam ſyllabam acuunt, & ſunt numero 25. quatuordecim ſupra literas pinguntur, & undecim infra: ex his alii dicuntur *Reges*, alii *Miniſtri*; *Reges*, quia poteſtatem habent ſiſtendi ſpiritum in oratione, & ſententiæ membra diſtinguendi: *Miniſtri*, quia *Regibus* ſerviunt.

## *Reges ſunt.*

| | |
|---|---|
| א Silluk. | א Paſta. |
| א Athnach. | א Paſer. |
| א Rebhia. | א Salſcælæth. |
| א Sakepkaton. | א Teliſa major. |
| א Sakephgadol. | א Karne Para. |
| א Sægolta. | א Tiphcha. |
| א Sarka. | א Tebhir. |
| א Gæres. | א Jethiv. |
| א Gereſaim. | |

Ex his quatuor præcipue ſunt notandi, qui dicuntur etiam *accentus pauſantes*, ſive *Reges majores*: ſcil. *Silluk*, ſive *Soph Paſuk*, ut ajunt Rabbini Grammatici, qui periodum integram abſolvit. *Athnach*, qui colon, ſeu membrum conſtituit. *Sakephkaton*, qui ſemicolo inſervit: & *Rebhia*, qui commati Latinorum reſpondet.

## *Miniſtri.*

| | |
|---|---|
| א Munach. | א Darga. |
| א Mahpach. | א Jærach. |
| א Merca ſimplex. | א Kadma. |
| א Merca duplex. | א Teliſa minor. |

Uſus accentuum triplex eſt: primo deſignant Muſicam, & cantus rationem apud Hebræos; ſecundo legitimam cujuſque vocis pronunciationem: tertio ſenten-

tentiæ in ſua membra diſtinctionem . Primum uſum Judæis, eorumque Synagogis relinquimus . De tertio ſatis diximus . Secundus igitur explicandus eſt ; ac quidem has regulas obſerves.

1. Quæ ſyllaba accentu tonico notata eſt, ea acuitur; ut פָּקַד *pakàd*, *viſitavit*.

2. Ejuſdem accentus in eadem voce geminati prior ſyllabam afficit; ut תֹּהוּ *thòhu*, *inanis*.

3. Diverſorum in eadem voce accentuum poſterior acuit, ut וּלְמוֹעֲדִים *ulmohadìm*, *& in tempora ſtatuta*.

Sed omnium optima, & tutiſſima regula eſt uſus, & analoga vocum flexio.

Nonnunquam accentus ex ultima euphoniæ cauſſa ad penultimam rejicitur, præſertim vero cum ſequitur dictio monoſyllaba, aut biſſyllaba penacuta: quæ accentus trajectio mutat vocales *Tzere*, & *Cholem* ultimæ ſyllabæ ante conſonam mobilem in *Sægol*, & *Kametz Chatuph*: ut וַיֹּאמֶר מֶלֶךְ *& dixit Rex*, pro וַיֹּאמֵר, וַיָּקָם לְךָ *& ſurrexit tibi*, pro וַיָּקוֹם unde orta illa regula, *Kametz ultimæ ſyllabæ ſine accentu tonico ante conſonam mobilem breve eſt*, *de qua in cap. 4.*

## *De Poteſtate accentuum Regum.*

Præter eam, quam ſuperius in uſu Daghes, & Sceva Accentuum Regum poteſtatem commemoravimus, aliam etiam habent, præſertim *pauſæ majores*, *Athnach*, *Silluk*, *Sakephkaton*.

1, Quod communiter Pathach, & Sægol producunt in Kametz, ut חָסֶר *benignitas*, pro חֶסֶר, לָיְלָה *nox*, pro לַיְלָה.

2. Copulæ Vau ante verba monoſyllaba ; aut penacuta ſubjiciunt Kametz loco Sceva ; ut וָמֵת *& mortuus eſt*.

3. Pauſa ad penultimam ex ultima rejecta convertit Sceva ante affixum ךָ, & in nominibus formæ פְּרִי in Sægol ; ut דְּבָרֶךָ *devarècha* pro דְּבָרְךָ *devarechà*, *verbum tuum* , לֶחִי *lèchi* , pro לְחִי *lechì*, *maxilla*.

Chateph Kametz in Cholem in nominibus formæ חֳלִי ut עֹנִי *hòni*, pro עֳנִי *honì* , *afflictio* . Chateph Pathach in Kametz, ut אָנִי *àni*, pro אֲנִי, pro *anì*, *ego*.

Hac eadem de cauſſa in pronomine maſculino ſecundæ perſonæ fit vocalium tranſpoſitio ; ut לָךְ pro לְךָ, *tibi* , מִמֵּךְ pro מִמְּךָ, *a te*.

In Verborum autem pluralibus in ו, & in femininis ſingularibus in ה, & י finitis pro Sceva redit ea vocalis, quam vox ſingularis, aut maſculina in unoquoque tempore habuit; quæ ſi fuerit Pathach, convertitur in Kametz; ut פָּקָדוּ *pakàdu*, pro פָּקְדוּ, *pakedù*, *viſitavèrunt*, פִּקֵּדוּ *pikèdu*, pro פִּקְּדוּ *pikedù*, *præpoſuerunt* , פָּקָדָה *pakàda*, pro פָּקְדָה *pakedà* , *viſitavit*, פְּקֹדִי *pekàdi*, pro פִּקְדִי *pikdì* , *viſita*, יָכֹלוּ *jachòlu*, pro יָכְלוּ *jachelù*, *potuerunt*.

Et hæc de uſu, numero, & poteſtate accentuum in diſtinguenda oratione , & elevanda voce dicta ſufficiant.

## *De accentu Rhetorico, ſive Euphonico.*

Unicus eſt accentus *Rhetoricus*, ſive *Euphonicus*, qui tonico in eadem dictione præmiſſus ſuaviorem pronunciationem efficit, dicіturque מֶתֶג *Methegh* quaſi *frænum*, quod vocis lectionem dirigat, ac ſuſtentet: de ejus ſitu, & poſitione multa comminiſcuntur Rabbini, multis de more tenebris involuta, & ad rem noſtram nihil, aut certe parum utilia. Figura ejus eſt virgula recta inſtar SilluK, a quo differt uſu. SilluK enim ultimæ tantum, vel penultimæ verſuum ſyllabæ ſubſcribitur; Methegh vero ubique pingitur, exceptis illis duabus ſyllabis.

De hoc accentu duo præcipue obſervanda videntur.

1. Vocalibus longis ante Sceva accentu tonico deſtitutis apponitur Methegh; ut הָיְתָה *haiethà fuit*, unde originem habuit illa regula, *Kametz abſque Methegh ante Sceva eſt breve*; de qua in cap. 4.

2. Vocales breves ante Sceva accentu Methegh notatæ pro longis habentur; quam ob rem Sceva legitur; ut וַיִּרְאוּ *veireù, & timeant*: גְּבֻלְךָ *gheвulechà terminum tuum*. Unde aliquando Sceva componitur cum Pathach; ut וּשֲׁבֵה *uſavèh & captivam duc*.

## *De Makaph, & Peſik.*

*Makaph* eſt virgula tranſverſa, quæ dictiones accentu tonico privatas ſimul connectit; mutando *Cholem*, & *Tzere* ante conſonam mobilem in fine vocis in *Kametz Chatuph*, & *Sægol*; ut אֶת־כָּל־ pro אֵת, כֹּל:

multæ tamen voces excipiuntur, quæ retinent ante MaKaph Tzere.

*Peſik*, ſive *Paſek* eſt accentus, qui pronunciationis celeritatem inhibet, pingiturque inter duas voces hoc modo וְאֵיבָה ׀ אָשִׁית, *& inimicitiam ponam*.

# CAPUT VI.

## *De Nomine*.

NOminum genera apud Hebræos duo tantum ſunt; Maſculinum, & Femininum: Neutrum enim aliquando per Maſculinum; frequentius per Femininum exprimunt.

Numeri ſunt tres, ſingularis, dualis, pluralis.

Caſuum nullæ ſunt certæ notæ: ל tamen communiter Dativum deſignat, quandoque etiam Genitivum: אֵת Accuſativum, & poſt Verba paſſiva Nominativum:

מִן Ablativum.

Genera dignoſcuntur vel ſignificatione, vel terminatione.

### *Significatione*.

Generis Maſculini ſunt nomina propria virorum, fluviorum, montium, populorum, menſium.

Generis Feminini nomina propria mulierum, officiorum muliebrium, urbium, Regionum, provinciarum, membrorum corporis, quorum tamen quædam generis communis ſunt.

### *Terminatione*.

Feminina ſunt deſinentia in הָ, תֶ, ִית, וּת.

Aſt nulla certa regula præſcribi poteſt; ex Lexi-

cis,

cis, & orationis contextu cujuſque vocis genus diſcernatur.

## *De Motione nominis e Maſculino in Femininum.*

Motio nominum e maſculino in Femininum genus fit aſſumpta ſyllaba הָ cum accentu, ut a טוֹב *bonus* fit טוֹבָה *bona*.

Deſinentia tamen in י moventur & in הָ, & in יִת ut שֵׁנִי *ſecundus*, שֵׁנִיָּה, & שֵׁנִית *ſecunda*.

Hæc autem motio Maſculini formam perſæpe mutat; & quidem

*Kametz* penultimæ Syllabæ tranſit in *Sceva* vel ſimplex, vel compoſitum propter gutturalem, ut גָּדוֹל *magnus*, גְּדוֹלָה *magna*: ultimæ manet, ut חָכָם, חֲכָמָה *ſapiens*: excipe קְטַנָּה *parva* a קָטָן *parvus*.

*Tzere* ultimæ ſyllabæ præcedente Kametz manet, ut שָׁכֵן *vicinus* שְׁכֵנָה *vicina*; alias mutatur in Sceva, ut עִוֵּר *cæcus* עִוְּרָה *cæca*: penultimæ mutatur in Sceva, ut שֵׁנִי *ſecundus* שְׁנִיָּה. *ſecunda*.

*Sægol* cum ſequente ה in fine dictionis tollitur, unde præcedens vocalis manet; ut יָפֶה *pulcher*, יָפָה *pulcra*.

## *De nominum Declinationibus.*

Duæ ſunt nominum Declinationes; & ex ſola Nominativi ſingularis flexione in pluralem dignoſcuntur: prima dicitur *Maſculinorum*, & deſinit in ים: altera

ra *Femininorum*, quæ ſingulari adjicit ſyllabam וֹת.

## *De prima Declinatione.*

Prima Declinatio igitur eſt *Maſculinorum*, quæ Nominativo ſingulari addit ſyllabam ים, ut טוֹב, *bonus*, טוֹבִים *boni:* quandoque deficit י: ut תַּנִּינִם *dracones:* multa etiam Chaldæorum more amant ין, ut אַחֲרִין *alii*. Pleraque denique deſinunt in ִ pro ים, ut גּוֹבַי, *locuſtæ*, הָרֵי *montes*, שָׂרֵי *principes*, &c.

Ceterum propter hanc flexionem nonnullæ mutantur literæ vocales.

*Kametz* penultimæ ſyllabæ convertitur in Sceva; ut a דָּבָר *verbum* eſt דְּבָרִים *verba*. Excipe, ſi Kametz ſit loco ejecti Daghes, ut חָרָשׁ *artifex* חָרָשִׁים *artifices*. Ultimæ fere ſemper manet: aliquando tamen tranſit in Pathach, & Daghes, ut גָּמָל *camelus* גְּמַלִּים, *cameli*.

*Tzere* penult. in Sceva, ut סֵפֶר *liber* סְפָרִים *libri:* excipe, ſi Tzere ſit loco ejecti Daghes, ut חֵרֵשׁ *ſurdus* חֵרְשִׁים *ſurdi*. Ultimæ non præcedente Kametz, in Sceva, ut רֹכֵב *eques* רֹכְבִים *equites*: multa excipiuntur. Præcedente vero Kametz, manet, ut שָׁכֵן *vicinus*, שְׁכֵנִים *vicini*. Multa excipias, quæ Tzere ultimæ convertunt in ChireK, & Daghes, ut קֵן *nidus* קִנִּים *nidi*.

*Sagol* penultimæ in Sceva; ultimæ ante conſonam mobilem & א in Kametz; ut מֶלֶךְ *Rex* מְלָכִים.

Cho-

*Cholem* penultimæ non mutatur; ut כּוֹכָב *ſtella* כּוֹכָבִים *ſtellæ*. Sequente vero ſægol, aut Pathach pro Sægol, mutatur in Sceva vel ſimplex, vel compoſitum propter gutturalem; tunc autem Pathach eſt loco Sægol, cum accentus tonicus eſt in penultima ſyllaba, ut פֹּעַל *actio* פְּעָלִים *actiones*, אֹהֶל *tentorium* אֳהָלִים *tentoria*, אֹמֶר *dictum*, אֲמָרִים *dicta*. Ultimæ manet: Euphoniæ tamen cauſſa nonnunquam mutatur in Kibbutz, & Daghes, ut אָדוֹם *rufus* אֲדֻמִּים, *rufi*. Multa etiam irregularia: ut יוֹם *dies* יָמִים, רֹאשׁ *caput*, רָאשִׁים &c.

*Pathach* penult. pro Sægol in Sceva, ultima in Kametz, alias ſemper manet invariatum; ut טַעַם *guſtus*, טְעָמִים. Pathach, & ChireK non intercedente Daghes contrahuntur in Tzere; ut זַיִת *oliva* זֵיתִים *olivæ*; at a בַּיִת *domus*, eſt בָּתִּים, a תַּיִשׁ *hircus*, תְּיָשִׁים *hirci*.

*Surek* tam penultimæ, quam ultimæ manet; ut פָּקוּד *viſitatus*, פְּקוּדִים *viſitati*: aliquando in Kibbutz, & Daghes convertitur; ut חָרוּל *urtica*, חֲרֻלִּים *urticæ*. Multa variant.

Terminatio ֶה abjicitur, unde præcedens vocalis quæcunque manet; ut יָפֶה *pulcher*, יָפִים *pulchri*.

Terminatio etiam ִי tollitur, ut יְהוּדִי *Judæus*, יְהוּדִים *Judæi*: quædam communem analogiam ſequuntur, ut נָקִי *innocens*, נְקִיִּים *innocentes*, & quædam

dam *Chirek* mutant in Kametz, ut גְּדִי *hædus* גְּדָיִים *hædi*. Sic fuit pluralis.

*Dualis* vero flectitur a ſingulari in יִם, eadem fere vocalium ſervata mutatione, quæ in plurali, ut יוֹם *dies*, יוֹמַיִם *biduum*. Nomina vero, quæ habent duplex Sægol, prius mutant in Pathach, alterum in Sceva; ut קֶרֶן *cornu*, קַרְנַיִם *duo cornua*.

## *De ſecunda Declinatione.*

Secunda Declinatio eſt *Femin.* flectiturque a ſingulari in וֹת, eadem mutationis lege, quæ in prima Declinatione tradita eſt: ut חֶרֶב *gladius* חֲרָבוֹת.

Terminatio ָה tollitur; unde præcedens vocalis non mutatur; ut צְדָקָה *juſtitia*, צְדָקוֹת *juſtitiæ*, Excipe אָמָה *ancilla*, אֲמָהוֹת, *ancillæ*.

Quæ in ת deſinunt, duplici Sægol antecedente, prius Sægol mutant in Kametz, alterum cum ת abjiciunt; ut עֲטֶרֶת *corona*, עֲטָרוֹת, *coronæ*.

Quæ ſunt formæ כִּבְשָׂה, imitantur formam צְדָקָה: ut כִּבְשָׂה *agna*, כְּבָשׂוֹת *agnæ*; שִׂמְחָה *lætitia*, שְׂמָחוֹת *lætitiæ*. Multa variant, quæ uſu, & lectione diſcenda.

Dualis numerus Maſculinorum legem ſequitur; ut יָרֵךְ *femur*, יְרֵכַיִם *femora*, Quæ deſinunt in ָה, vertunt ה in ת, ut שָׂפָה *labium*, שְׂפָתַיִם, *labia*.

Sicut autem in omnibus Linguis multa ſunt nomina anomala, & eteroclita, quæ aliter, atque aliter flectuntur, quæ tantum ſunt vel ſingularia, vel pluralia, vel dualia; ita & in Hebraica quamplurima id ge-

genus a Grammaticis traduntur, quæ brevitatis gratia omittimus.

## *De ſtatu abſoluto, & ſtatu Regiminis Nominum.*

Nomina Hebraica vel abſolute uſurpantur, ideſt nullum aliud poſt ſe nomen regunt, & dicuntur eſſe in ſtatu abſoluto, ut דָּבָר *verbum:* vel aliud nomen regunt in caſu Genitivo, & dicuntur eſſe in ſtatu regiminis; ut דְּבַר מֶלֶךְ, *verbum Regis*. Hebraicæ autem linguæ hoc proprium, & peculiare eſt, quod dictio regens vel in literis, vel in vocalibus, vel in utriſque mutationem patitur; quæ autem regitur, invariata manet, quod contra fit in Linguis Græca, & Latina. Quam mutationem igitur propter ſtatum regiminis ſubeant nomina, explicandum eſt.

## *De vocalium mutatione propter Regimen.*

*Kametz* penultimæ ſyllabæ in utroque numero, & genere mutatur in Sceva, ſive ſimplex, ſive compoſitum propter gutturalem, niſi ſit loco ejecti Daghes; ultimæ non ſequente א, in Pathach: ut דְּבַר מֶלֶךְ, *verbum Regis*, a דָּבָר: צִדְקוֹת מֶלֶךְ, *juſtitiæ Regis*, a צְדָקוֹת.

*Tzere* in ſing. penultima ſequente Kametz in Sceva; ut שְׁנַת עוֹלָם *ſomnus æternitatis*, a שֵׁנָה: ultimæ præcedente Kametz in Pathach, ut יְתַד הָאֹהֶל *clavus* Ta-

*Tabernaculi*, a יָתֵד. In plurali autem penultima in Sceva, ut גִּדְרוֹת צֹאן *caulæ ovium*, a גְּדֵרוֹת.

*Sægol* in fine dictionis ante ה mutatur in Tzere; ut מִקְנֵה צֹאן *poſſeſſio ovium*, a מִקְנֶה.

*Pathach*, & *Chirek*, non intercedente Daghes, contrahuntur in Tzere; ut בֵּית מֶלֶךְ *domus Regis*, a בַּיִת.

Nomina, quæ habent geminum Sægol, aut Pathach pro Sægol ſub gutturalibus, vel Tzere, & Sægol, quæ Hebræis vocantur nomina quinque, vel ſex punctorum, nullam patiuntur mutationem.

## *De mutatione literarum propter Regimen.*

Maſculina pluralia, & dualia terminationem ים, & ַיִם mutant in ֵי ut a שָׁמַיִם *cælum*, fit שְׁמֵי *cæli*, a דְּבָרִים דִּבְרֵי *verba*.

Feminina ſingularia in ָה deſinentia commutant ה in ת: ut צִדְקַת מֶלֶךְ *juſtitia Regis*, a צְדָקָה.

Tria nomina אָב *pater*, אָח *frater*, חָם *ſocer*, aſſumunt a fine י, אֲבִי, אֲחִי, חֲמִי.

Item אָוֶן *iniquitas*, מָוֶת *mors*, תָּוֶךְ *medium* contrahuntur in Cholem, ut מוֹת, אוֹן, תּוֹךְ.

Atque hæc eſt præcipua nominum ob regimen variatio.

CA-

# CAPUT VII.

## *De Pronomine.*

PRonomina duplici ſunt in genere; alia dicuntur *ſeparata*, alia *conjuncta*. *Separata* ſunt vel *integra*, vel *defectiva*; *integra*, quæ genere, & numero diſtinguuntur, & ſunt tria, tres perſonas indicantia, flectunturque hoc modo.

### *Primæ Perſonæ.*

| | | | |
|---|---|---|---|
| אָנוּ & נַחְנוּ & אֲנַחְנוּ | | *ego* אֲנִי | & אָנֹכִי |
| *nos* | *noſtrum* שֶׁלָּנוּ | *mei* שֶׁלִּי | |
| | *nobis* לָנוּ | *mihi* לִי | |
| | *nos* אוֹתָנוּ | *me* אוֹתִי | |
| Babylonii *a nobis* מִמֶּנּוּ legunt מִמֵּנוּ. | | *a me* מִמֶּנִּי | & מִנִּי & מֶנִּי |

### *Secundæ Perſonæ Maſculinæ.*

| | | |
|---|---|---|
| *vos* אַתֶּם | *tu* אַתָּה | |
| *veſtrum* שֶׁלָּכֶם | *tui* שֶׁלְּךָ | |
| *vobis* לָכֶם | *tibi* לְךָ | & לְכָה |
| *vos* אֶתְכֶם | *te* אוֹתְךָ | & אוֹתְכָה |
| מִכֶּם & a *vobis* מִמְּכֶם | a *te* מִמְּךָ. | |

Se-

## *Secundæ perſonæ Femin.*

*vos* אַתֵּן *tu* אַתְּ & quinquies אַתִּי
*veſtrum* שֶׁלָּכֶן *tui* שֶׁלָּךְ
*vobis* לָכֶן *tibi* לָךְ
*vos* אֶתְכֶן *te* אוֹתָךְ
*a vobis* מִכֶּן *a te* מִמֵּךְ:

## *Tertiæ perſona Maſculinæ.*

*illi* הֵם *ille* הוּא
*illorum* שֶׁלָּהֶם *illius* שֶׁלּוֹ
*illis* לָהֶם *illi* לוֹ
& אֶתְהֶם *illos* אוֹתָם *illum* אוֹתוֹ
& אוֹתְהֶם *ab illis* מֵהֶם *ab illo* מִמֶּנּוּ. & מִנֵּהוּ & מִנְּהוּ:

## *Tertiæ perſonæ Femin.*

*illæ* הֵן *illa* הִיא & ſæpius הִוא
*illarum* שֶׁלָּהֶן *illius* שֶׁלָּהּ
*illis* לָהֶן *illi* לָהּ & ter לָה
& אֶתְהֶן *illas* אֹתָן *illam* אוֹתָהּ
& אוֹתְנָה *ab illis* מֵהֶן *ab illa* מִמֶּנָּה:

*De*

## *Defectiva.*

Sunt, quæ vel genere, vel numero deficiunt. Singularia tantum ſunt זֶה *hic, iſte:* זאת *hæc, iſta.*

Utriuſque generis זוּ, זוֹ *hic, hæc, iſte, iſta:* ſed זוֹ plerumque maſculinum; זוּ femininum.

Plurale tantum, & utriuſque generis אֵל, אֵלֶּה *illi, illæ, illa.*

Utriuſque numeri, & generis relativum אֲשֶׁר *qui, quæ, quod.*

מִי interrogativum perſonæ; *quis?*

מַה, מָה, מֶה interrogativum rei; *quid?*

## *Conjuncta.*

Sunt vel *præfixa*, vel *affixa*.

*Præfixa* duo ſunt utriuſque generis, & numeri; שֶׁ *qui, quæ, quod;* & הַ, quod nunc eſt demonſtrativum *hic, hæc, hoc*, & reſpondet *il, la, lo*, Italorum, & ὁ, ἡ, τὸ Græcorum; qua ſignificatione ad majorem Emphaſim pronominibus tertiæ perſonæ præfigitur; ut הַהוּא *ille ipſe;* ubi obſervanda etiam cum זֶה & זוֹ epentheſis literæ ל; unde fit הַלָּזֶה *ille ipſe*, & per apocopen הַלָּז, & הַלֵּזוּ *ille ipſe:* nunc relativum, *qui, quæ, quod.*

שׁ Amat Sægol, & Daghes in ſequenti litera; ut כַּרְמִי שֶׁלִּי, *vinea mea, quæ erat mihi*, Cant. 1. 6. aliquando etiam cum Sceva reperitur; Eccl. 2. 22. שְׁהוּא שֶׁעָמֵל *quo ipſe laborabat:* ſic שְׁהֵם *quod ipſi*, Eccleſ. 3. 18. Ante gutturales purum Sægol amat, ſine

ne ulla compenſatione Daghes excidentis, שֶׁעָמָלוֹ בְּחָכְמָה *cujus labor eſt cum ſapientia*, Eccleſ. 2. 21. raro cum Pathach, Jud. 5. 7. עַד שַׁקַּמְתִּי *donec ſurrexi*. Semel cum Kametz, Jud. 6. 17. שָׁאַתָּה *qui tu*.

ה Fere ſemper notatur cum Pathach, & Daghes in ſequenti: ut הַמֶּלֶךְ *Rex*. Sed ante א, & ר ſimpliciter, ideſt quacunque litera vocali notatas, & ante ע non Kametzatum gaudet Kametz, ut הָרֹאשׁ *caput*, הָאָרֶץ *terra*, הָעֶבֶד *ſervus*.

Ante ה, ח, & ע Kametzatas Sægol requirit; ut הֶחָכָם: *ſapiens*.

Ante gutturales ה, & ח frequentiſſime retinet Pathach, Daghes abjecto, ut הַהוּא *ille ipſe*, הַהֶבֶל, *vanitas*, הַחֵרֶם, *anathema*. Sæpe tamen Daghes compenſatur per Kametz, ut הָהֵם, *ipſi*, הָחֲלֹמוֹת, *ſomnia*, הָהֵנָּה *ipſæ*.

Ante Monoſyllaba ſæpius amat Kametz; ut הָהָר *mons*, הָחַי *vivens*, quod Gen. 16. 20. eſt הֶחָי, & 13. הַחַי.

## *Affixa*.

Sive *Suffixa* ſunt, quæ fini vocum adhærent, quibus reſpondent Latinorum poſſeſſiva *meus*, *tuus*, *ſuus*, &c. & ab integris formantur hoc pacto.

Ex אֲנִי fit י *meus*, *ea*, *um*; & י *mei*, *æ*, *a*.

Ex אֲנַחְנוּ fit נוּ *noſter*, *ra*, *um*, &c.

Ex

Ex אַתָּה fit ךָ, vel כָה *tuus, tua, tuum.*

Ex אַתֶּם fit כֶם *veſter, ra, um,* &c.

Ex אַתְּ fit ךְ & כִי ַיִךְ *tuus, a, um,* & *tui, æ, a.*

Ex אַתֵּן fit כֶן *veſter, ra, um,* &c.

Ex חוא fit , ו, & הוּ *ſuus, ſua, ſuum,* & *ejus,*
& ו cum Plurali, *ſui, ſuæ, ſua, ejus* &c.

Ex הֵם fit הֶם *ſui, ſuæ, ſua,* & *eorum;* &
ם cum Sing. *ſuus, a, um,* & *eorum;*
& מוֹ in libris Poeticis.

Ex הִיא fit הּ *ſuus, a, ſuum, ejus,* &
הָ cùm Plur. *ſui, æ, a, ejus.*

Ex הֵן fit הֶן *ſui, ſuæ, ſua, earum;* &
ן cum Sing. *ſuus, a, um, earum.*

*Subjectum Paradigma omnem affixorum rationem clarius explicabit.*

*Maſc.*

| *Plur.* | *Sing.* |
|---|---|
| *Verba* דְּבָרִים | *verbum* דָּבָר |
| *mea* דְּבָרַי | *meum* דְּבָרִי |
| *tua* דְּבָרֶיךָ | *tuum* דְּבָרְךָ |
| *tua* דְּבָרַיִךְ | *tuum* דְּבָרֵךְ |
| *ſua, ejus* דְּבָרָיו | *ſuum, ejus* דְּבָרוֹ |
| *ſua, ejus* דְּבָרֶיהָ | *ſuum, ejus* דְּבָרָהּ |
| *ſua, eorum* דִּבְרֵיהֶם | *ſuum, eorum* דְּבָרָם |
| *ſua, earum* דִּבְרֵיהֶן | *ſuum, earum* דְּבָרָן |

| | |
|---|---|
| *noſtra* דְּבָרֵינוּ | *noſtrum* דְּבָרֵנוּ |
| *veſtra* דִּבְרֵיכֶם | *veſtrum* דְּבַרְכֶם |
| *veſtra* דִּבְרֵיכֶן | *veſtrum* דְּבַרְכֶן |

## *Aliud Paradigma pro Nominibus*

| *Plur.* | *Femin.* | *Sing.* |
|---|---|---|
| *leges* תּוֹרוֹת | | *lex* תּוֹרָה |
| *meæ* תּוֹרוֹתַי | | *mea* תּוֹרָתִי |
| *tuæ* תּוֹרוֹתֶיךָ | | *tua* תּוֹרָתְךָ |
| *tuæ* תּוֹרוֹתַיִךְ | | *tua* תּוֹרָתֵךְ |
| *ſuæ, ejus* תּוֹרוֹתָיו | | *ſua, ejus* תּוֹרָתוֹ |
| *ſuæ, ejus* תּוֹרוֹתֶיהָ | | *ſua, ejus* תּוֹרָתָהּ |
| *ſuæ, eorum* תּוֹרוֹתֵיהֶם | | *ſua, eorum* תּוֹרָתָם |
| *ſuæ, earum* תּוֹרוֹתֵיהֶן | | *ſua, earum* תּוֹרָתָן |
| *noſtræ* תּוֹרוֹתֵינוּ | | *noſtra* תּוֹרָתֵנוּ |
| *veſtræ* תּוֹרוֹתֵיכֶם | | *veſtra* תּוֹרַתְכֶם |
| *veſtræ* תּוֹרוֹתֵיכֶן | | *veſtra* תּוֹרַתְכֶן |

Ex his exemplis videre eſt, propter affixa quoque aliquam vocalium, & literarum mutationem Nomina ſubire; cujus doctrinam paucis habeto. Ac

1. Obſerva in genere, quatuor affixa כֶם כֶן הֶם הֶן formæ Nominis conſtructæ in utroque genere, & numero ſemper adjungi, ac propterea *affixa conſtructa* vocari.

2. Affixum הוּ tantum Nominibus הֶ finitis adhiberi, & אָב *Pater*, אָח *Frater*, חָם *Socer*.

3. Af-

3. Affixa omnia Pluralia habere ante ſe literam י, exceptis ם, ן, & י: Jod tamen plerumque deſiderari. Reliqua mutatio talis eſt.

## *Vocalium mutatio.*

*Kametz penultimæ* ſyllabæ mutatur in Sceva, ſive ſimplex, ſive compoſitum propter gutturalem, ut a דָּבָר *verbum* eſt דְּבָרוֹ *verbum ejus*: excipe Pluralia maſculina, in quibus manet, ut דְּבָרָיו *verba ejus*, a דְּבָרִים. Ultimæ non mutatur, præterquam ante affixa conſtructa, ante quæ convertitur in Pathach, ut דְּבַרְכֶם *verbum veſtrum*.

*Tzere* penultimæ in Sceva, ut לְבָבְךָ *cor tuum* a לֵבָב. Ultimæ præcedente Kametz manet; ut שְׁכֵנִי *vicinus meus*, a שָׁכֵן; at נֵס *vexillum*, נִסִּי *vexillum meum*. Exod. 17. 14. cum affixis vero conſtructis tranſit in Pathach; ut שְׁכַנְכֶם *vicinus veſter*. Non præcedente Kametz in Sceva; & ante aliud Sceva in Sægol, aut Pathach, aut ChireK, ut כּוֹרְמוֹ *vinitor ejus*, כּוֹרֶמְךָ *vinitor tuus*; a כּוֹרֵם. A בֵּן *filius* eſt בְּנִי *filius meus*, בִּנְךָ *filius tuus*: a שֵׁם *nomen*, שְׁמִי *nomen meum*, שִׁמְךָ *nomen tuum*.

*Sægol* tam penultimæ, quam ultimæ in Sceva, unde prius Sceva vertitur in ChireK, aut Pathach, aut Sægol, maxime propter gutturalem, ut מַלְכָּהּ *Rex ejus* a מֶלֶךְ; בִּגְדוֹ *veſtis ejus*, a בֶּגֶד. Eandem mutationis rationem ſubeunt Nomina quinque punctorum,

C 2 ut

ut סֵפֶר ; aut quæ pro Sægol habent Pathach , ut

נַעַר : סִפְרוֹ *liber ejus*, נַעֲרוֹ *puer ejus*.

*Cholem* penultimæ ſequente Sægol, aut Pathach pro Sægol in Kametzchatuph , aut Kibbutz , ut קָדְשׁוֹ *ſanctitas ejus*, a קֹדֶשׁ : אָהֳלוֹ *tabernaculum ejus* ab אֹהֶל : alias manet , ut אוֹצָרוֹ *theſaurus ejus* , ab אוֹצָר ; דוֹדָתוֹ *amita ejus* a דוֹדָה . Ultimæ non mutatur, exceptis quibuſdam ex Defectivis ſecunda litera radicali derivatis , in quibus ob ſequens Daghes mutatur in Kibbutz, ut סֻכּוֹ *tabernaculum ejus*, a סוֹךְ , כֻּלָּם *omnes illi* a כֹּל .

*Pathach* ultimæ in quibuſdam Defectivis in ChireK, ſequente Daghes; ut פִּתּוֹ *buccella ejus* a פַּת ; ſi ſit loco Sægol, mutatur ut Sægol.

*Pathach & Chirek*, non intercedente Daghes, contrahuntur in Tzere ; ut בֵּיתִי *domus mea* a בַּיִת .

*Sceva* , & *Chirek* in nominibus formæ פְּרִי quaſi tranſponuntur ; ut a שְׁבִי eſt שִׁבְיָה *captivitas ejus*; ſic חָלְיוֹ *morbus ejus* a חֳלִי . Sed ante הֶם & הֶן nihil mutant, ut פִּרְיֵהֶם *fructus eorum*.

Demum obſervandum eſt Femin. Pluralia recipere affixa ad formam conſtructam : ut צִדְקוֹתָיו *juſtitiæ ejus* a צְדָקוֹת .

## *Literarum mutatio*.

1. Maſculina Pluralia abjiciunt ſyllabam ים, & Dua-

lia

dia ſyllabam יָם, ut a דְּבָרִים fit דְּבָרֶיהָ; *verba ejus*; ab אָזְנַיִם *aures* אָזְנֵיכֶם *aures veſtra*.

2. Feminina in ה mutant ה in ת; ut צִדְקָתוֹ *juſtitia ejus* a צְדָקָה.

3. Nomina in ה abjiciunt ה cum Sægol ut מִקְנְךָ *pecus tuum* a מִקְנֶה: ſed ante affixum ה Sægol manet; ut מִקְנֶהָ *pecus ejus*.

## *Anomalia*.

1. אָוֶן, מָוֶת, תָּוֶךְ contrahuntur in Cholem; unde dicitur אוֹנָם *iniquitas eorum*; מוֹתוֹ *mors ejus*; תּוֹכָהּ *medium ejus*.

2. אָב *pater*, חָם *ſocer*, אָח *frater* aſſumunt י, & retinent Kametz, præterquam cum affixis conſtructis: ut אָבִיךָ *pater tuus*; אֲחִיכֶם *frater veſter*.

3. שֶׂה, & פֶּה ſpecialem habent anomaliam; a שֶׂה eſt שֵׂיוֹ *pecus ejus*. Deut. 22. 1. & שֵׂיֵהוּ *pecus ſuum* 1. Sam. 14. 34. a פֶּה invenitur פִּי *os meum*, פִּיךָ *os tuum*, פִּיו, & פִּיהוּ *os ejus*, פִּיכֶם, *os veſtrum*.

Multa alia ſunt nomina, quibus anomalus, & improprie affixa adduntur. Sed cum regulis commode omnia comprehendi nequeant, ſatis ſit præcipua docuiſſe: reliqua aſſidua Bibliorum lectione diſcantur.

# CAPUT VIII.

## De Verbo.

Verborum genera duo ſunt, perfecta, & imperfecta. Verborum perfectorum unicum eſt genus; & ſunt illa, quorum literæ radicales omnes in conjugando retinentur, & nullæ quieſcunt; ut פָּקַד *viſitavit*: tribus autem literis fere omnia Verba conſtant; raro quatuor; paucioribus, quam tribus nunquam.

Imperfecta ſunt illa, quorum aliqua litera radicalis in conjugando vel deficit, vel quieſcit: & duplicem conſtituunt claſſem: alia enim appellantur חֲסֵרִים *Deficientia*, alia נָחִים *Quieſcentia*.

*Deficientia*, quorum aliqua litera in conjugando deficit, duo ſunt: alia dicuntur Deficientia prima radicali *nun*, ſive, ut Grammatici loquuntur פ״נ & ſunt ea omnia, quæ incipiunt a litera *nun*, ut, נָגַשׁ *appropinquavit*.

Alia Deficientia ſecunda radicali, ſive ע״ע, quæ appellantur etiam geminantia ſecundam, ſive ע״ע: ut סָבַב *circuivit*.

Quieſcentia, quorum aliqua litera in conjugando quieſcit, quadruplici ſunt in differentia:

Quieſcentia *prima jod*, ſive פ״י; ut יָשַׁב *ſedit*.

Quieſcentia *ſecunda vau*, ſive ע״ו, vel *jod*; ut קוּם *ſurrexit*.

Quieſcentia *ultima aleph*, ſive ל״א; ut מָצָא *invenit*.

Quieſcentia *ultima he*, ſive ל״ה, ut גָּלָה *revelavit*.

Dan-

Dantur etiam Verba dupliciter imperfecta; quæ in quinque dividuntur ordines:

1. Deficientia פ״ nun: & Quieſcentia ל״ aleph, ut נָשָׂא: tulit.

2. Deficientia פ״ nun, & Quieſcentia ל״ he, ut נָטָה extendit,

3. Quieſcentia פ״ jod, & ל״ aleph, ut יָצָא exivit.

4. Quieſcentia פ״ jod, & ל״ he, ut יָרָה jecit.

5. Quieſcentia ע״ vau, & ל״ aleph, ut בּוֹא venit.

*Conjugationes* ſunt quatuor, quarum tres duplicem habent formam, activam, & paſſivam; quarta ob reciprocam fere ſignificationem ſub una tantum forma flectitur. Unum autem, idemque Verbum omnes has quatuor Conjugationum formas ſubit ob aliam, atque aliam ſignificandi rationem, quam in ſacris literis præſefert; & docent Lexicographi.

I. Conjugatio dicitur קַל *Kal*, ideſt *levis*, vel *lenis*, & ſic appellatur a ſimplici ejus forma, quæ nudo ac ſimplici themate conſtat, tum a ſignificatione, quæ hic, utpote in puro themate, lenior, & ſimplicior eſt. (קַל enim ſignificat *leve*) Ejus forma paſſiva dicitur נִפְעַל *Niphal*, cujus ſignum, & nota eſt vel נ præpoſitum activæ formæ, ut a פָּקַד *viſitavit*, eſt נִפְקַד *viſitatus fuit*; vel Daghes forte primæ literæ radicis inſcriptum, quoties abjectum eſt נ, ut יִפָּקֵד, *viſitabitur*.

II. eſt פִּעֵל *Pihel*, quæ dignoſcitur tum ex Daghes forti in media radicali, ut פִּקֵּד, *recenſuit*, *numeravit*, tum ex Sceva ſub literis formativis Tempo-

tum, ut יִפְקֹד, *recenſebis*. Hujus paſſiva eſt פֻּעַל *Puhal*, cujus nota præter Daghes forte eſt Kibbutz ſub prima radicali; ut פֻּקַּד, *numeratus fuit*.

III. eſt הִפְעִיל *Hiphil*, quam ab aliis Conjugationibus diſtinguit ה radici præpoſitum, & abjecto ה Pathach ſub formativis, & ChireK ante ultimam radicalem; ut הִפְקִיד *præfecit*, יַפְקִיד *præficiet*. Excipe Deficientia, & Quieſcentia ע״ו, in quibus pro ChireK eſt Tzere, & pro Pathach eſt Kametz, ut הֵסֵב *circumduxit*, יָסֵב *circumducet*. Ejus paſſiva eſt הָפְעַל *Hophal*, quæ dignoſcitur ex ה cum Kametz Chatuph activæ præpoſito, ut הָפְקַד; *præpoſitus fuit*, & abjecto ה ex Kametz Chatuph ſub formativis; ut יָפְקַד, *præficietur*. In Deficientibus autem, & Quieſcentibus ע״ו ex SureK; ut הוּסַב, *circumductus fuit*, הוּקַם *ſuſcitatus fuit*.

IV. eſt הִתְפַּעֵל, derivata a פִּעֵל. cujus character eſt ſyllaba הִתְ, ut הִתְפַּקֵּד, *numeratus eſt*.

Tempora ſunt tria, Præteritum, Participium, & Futurum.

Modi duo, Infinitivus, & Imperativus: Indicativum enim efferunt Hebræi ſæpe per Participium, aliquando per Præteritum, & plerumque per Futurum; Optativum autem, & Conjunctivum adhibitis quibuſdam particulis, & Futuro. Gerundia vero per Infinitivum præfixis præpoſitionibus בכלם, *bachlàm*.

Participium duplex eſt, activum, quod dicunt בֵּינוֹנִי *benonì*, *medium* ſcil. inter Futuri, & Præteriti ſignificationem; & paſſivum, quod ab antiquo paradigma-

mate פָּעַל, unde etiam Conjugationes omnes nomen ſuum ſortitæ ſunt, פָּעוּל *Pahùl* appellatur. Quin etiam ad explicandas affectiones ſingularum literarum cujuſque thematis, primam omnium Verborum literam inde nominant *Pe*, ſecundam *Hain*, tertiam *Lamed*.

Imperativus idem eſt, ac Infinitivus.

Futurum formatur ab Imperativo, ſeu Infinitivo, additis literis איתן *Ethàn*, ſecundum cujuſque Conjugationis leges, & rationem.

Voces in ו, & י finitæ crebro accipiunt *nun* paragogicum.

Secunda Singul. Maſc. Præteriti, & Imperativi, nec non prima perſona Futuri, itemque Infinitivus frequentiſſime cum ה paragogico ſunt, præcedente Kametz, ut ſuis locis paſſim oſtendemus.

וָו הִפּוּךְ *Vàu hippùch*, ideſt *Vau converſivum* Præterito præfixum cum Sceva, convertit illud in Futurum, quoties aliud Futurum præceſſerit: ut וְאָמַרְתָּ *& dices*. Contra præfixum Futuro cum Pathach, ſequente Daghes, aut cum Kametz ante gutturalem א, convertit illud in Præteritum; ut וַיֹּאמֶר *& dixis*. Quamquam & reliquorum Temporum mutatio, & enallage frequens eſt.

Hactenus de communi Verborum ratione; de propria deinceps dicendum eſt.

# CAPUT IX.

## *De Verborum Perfectorum Conjugationibus, ac prima eorum Kal.*

פָּקַד *viſitavit*.

עָבָר

*Præteritum*.

Sing.

| Fem. | Maſc. |
|---|---|
| פָּקְדָה | 3 פָּקַד |
| פָּקַדְתְּ | 2 פָּקַדְתָּ |
| com. | 1 פָּקַדְתִּי |

Plur.

| | |
|---|---|
| com. | 3 פָּקְדוּ |
| פְּקַדְתֶּן | 2 פְּקַדְתֶּם |
| com. | 1 פָּקַדְנוּ |

*Benoni*

| Plur. | Sing. |
|---|---|
| פֹּקְדִים | פֹּקֵד m. |
| פֹּקְדוֹת | ( פֹּקְדָה & ( פֹּקֶדֶת f. |

*Pahul*

| Plur. | Sing. |
|---|---|
| פְּקוּדִים | פָּקוּד m. |
| פְּקוּדוֹת | פְּקוּדָה f. |

מָקוֹר *Infinitivus*.

פָּקוֹד vel פְּקוֹד vel פְּקֹד

צִוּוּי *Imperativus*.

| Plur. | Sing. |
|---|---|
| פִּקְדוּ | פְּקוֹד m. |
| פְּקוֹדְנָה | פִּקְדִי f. |

עָתִיד Futurum

Sing.

| Fem. | Maſc. |
|---|---|
| com. | 1 אֶפְקוֹד |
| תִּפְקְדִי | 2 תִּפְקוֹד |
| תִּפְקוֹד | 3 יִפְקוֹד |

Plur.

| | |
|---|---|
| com. | 1 נִפְקוֹד |
| תִּפְקוֹדְנָה | 2 תִּפְקְדוּ |
| | 3 יִפְקְדוּ |

## *Annotationes*

### Ad Præteritum.

Præteritum triplicem habet terminationem ; prima, & communis eſt in Pathach, ut פָּקַד *viſitavit* ; altera in Tzere, ut חָפֵץ *voluit* ; tertia in Cholem, ut יָכֹל *potuit*.

Verba, quæ deſinunt in ת, ſequente alio ת, ſyncopam patiuntur ; ut כָּרַתָּ *ſuccidiſti* pro כָּרַתְתָּ ; & quæ deſinunt in נ, ſequente alio נ, illud abjiciunt, ut נָתַנּוּ *dedimus* pro נָתַנְנוּ : quod commune eſt omni Verborum generi in quacunque Conjugatione : נָתַן præterea *dedit* in omnibus ſecundis perſonis utriuſque generis, & numeri, & in prima ſingulari abjicit *nun*, quod compenſatur per Daghes, ſic נָתַתָּ *dediſti*, נָתַתִּי *dedi*, נָתַתְּ *dediſti* f. נְתַתֶּם, & נְתַתֶּן *dediſtis*.

Quædam in medio habent ChireK pro Pathach, ut שָׁאִלְתִּי pro שָׁאַלְתִּי *interrogavi*.

Femini. ſecunda ſingul. ſub ultima radicali ח, & ע habebit Pathach pro Sceva ; ut לָקַחַתְּ *accepiſti*, שָׁמַעַתְּ *audiviſti*.

### Ad Benoni פּוֹקֵד.

Si tertia radicalis eſt ח, vel ע, fit aliquando craſis in Pathach ; ut נֹטַע pro נוֹטֵעַ, *plantans*.

Adhibetur etiam aliquando Kametz, & Tzere ; ut אָבֵל, *lugens*.

Sæ-

Sæpe a fine accedit Jod Paragogicum, ut אִסְרִי *ligans*, pro אֹסֵר.

### Ad Infinitivum פְּקוֹד.

Ablato accentu, Cholem corripitur in Kametzchatuph, ut מְלָךְ־מֶלֶךְ *regnare Regem*. Cum ה paragogico Cholem pariter corripitur in Kametzchatuph, ſed ad primam transfertur; ut פָּקְדָה *viſitare*. Forma autem Pathach mutat Pathach in Sceva; ut a שְׁמַר dicitur שָׁמְרָה, *cuſtodire*.

### Ad Imperativum.

Cum ה paragogico eadem mutationis ratio; quæ in Infinitivo, ut זָכְרָה *recordare*: aliquando ſub prima ſyllaba eſt Kametzchatuph, ut מָלְכִי pro מִלְכִי *regna f.* אֵפוּ *coquite*, 16. Exod. 23. irregulare cum Tzere ab אָפָה. Aliquando eſt Kametz ſub prima ſyllaba, ut Exod. 20. 8. זָכוֹר *recordare*.

### Ad Futurum.

Cum ה paragogico tam Cholem, quam Pathach mutatur in Sceva; ut אֶפְקְדָה, *viſitabo*.

יִשְׁפּוּטוּן *judicabunt*; Exod. 14. 27. pro יִשְׁפְּטוּ, aut יִשְׁפּוֹטוּ.

Cum ן paragogico dicitur תִּפְקְדִין *viſitabis*, f. תִּפְקְדוּן *viſitabitis*.

Ultima Femin. Plur. patitur quandoque ſyncopam li-

literæ ה, ut תִּלְבַּשְׁןָ *veſtiebantur*; 2. Sam. 13. 18. pro תִּלְבַּשְׁנָה, & תִּשְׁמַעַן *audietis*, pro תִּשְׁמַעְנָה.

Verba ab א incipientia, ex quibus aliqui peculiare genus Verborum Quieſcentium פא conſtituunt, habent א in Futuro quieſcens in Cholem vel expreſſe, ut יֹאמַר *dicet*, vel occulte, ut תֹּסֵף *adjiciet*, & deſinunt ſæpe in Tzere, quod propter accentum retractum corripitur in Sægol, ut וַיֹּאמֶר, *& dixit*.

## *De Conjugatione Paſſiva* Niphal.

נִפְקַד *viſitatus fuit*.

*Infinit.*

הִפָּקֵד

Imper.

| | Plur. | Sing. |
|---|---|---|
| m. | הִפָּקְדוּ | הִפָּקֵד |
| f. | הִפָּקַדְנָה | הִפָּקְדִי |

Futur.

| | Fem. | Maſc. |
|---|---|---|
| Sing. | | |
| 1 | com. | אֶפָּקֵד |
| 2 | תִּפָּקְדִי | תִּפָּקֵד |
| 3 | תִּפָּקֵד | יִפָּקֵד |
| Plur. | | |
| 1 | | נִפָּקֵד |
| 2 | | תִּפָּקְדוּ |
| 3 | תִּפָּקַדְנָה | יִפָּקְדוּ |

*Præteritum.*

| | Femin. | Maſc. |
|---|---|---|
| Sing. | | |
| 3 | נִפְקְדָה | נִפְקַד |
| 2 | נִפְקַדְתְּ | נִפְקַדְתָּ |
| 1 | com. | נִפְקַדְתִּי |
| Plur. | | |
| 3 | com. | נִפְקְדוּ |
| 2 | נִפְקַדְתֶּן | נִפְקַדְתֶּם |
| 1 | com. | נִפְקַדְנוּ |

*Participium.*

| | Plur. | Sing. |
|---|---|---|
| m. | נִפְקָדִים | נִפְקָד |
| f. | | נִפְקָדָה ( |
| | נִפְקָדוֹת | נִפְקֶדֶת ) |

*An-*

## *Annotationes*

### Ad Præteritum.

Cum prima radicis litera eſt gutturalis, *nun* pro Chirech habet Sægol, aut Pathach, ut נֶחְשַׁב *reputatus eſt*, נֶחְתַּם *obſignatus eſt*: frequentius autem habet locum ea regula *litera gutturalis punctat ſe*, *& præcedentem*, ut נֶאֱמַר *dictum eſt*.

Tria præter ordinem deſinunt in Cholem, נֶהְפּוֹךְ *converſus eſt*, נֶחְתּוֹם *obſignatus eſt*, & נֶעְתּוֹר *exoratus eſt*.

### Ad Infinitivum.

Si prima radicis fuerit litera gutturalis; Daghes excidens compenſatur per Tzere ſub ה, ut הֵאָסֵף *aggregari*.

Eſt etiam hic terminatio Cholem non infrequens; ut הֵאָכוֹל *comedi*.

Quædam conſervant נ Conjugationis: ut נִלְחוֹם *pugnando*, pro הִלָּחֵם.

Hæc eadem obſerventur in Imperativo, & Futuro.

## CAPUT X.

### *De Conjugatione ſecunda* Pihel *& ejus Paſſiva* Puhal.

Cum præcipua hujus Conjugationis nota ſit Daghes forte in ſecunda radicali, generatim obſervandum eſt, Daghes ejectum compenſari per vocalem

lem longam; quamquam multa Verba abjiciunt Daghes ſine ulla compenſatione. Verbum autem הֵתַל per totam Conjugationem eorum formam ſequitur, quæ ſecundam habent gutturalem. Ad hanc Conjugationem duo Verborum genera referuntur; primum eſt, quod a forma vulgo vocatur פּוֹעֵל *pohel*, vel מְרֻבָּע *quadratum* a quatuor literis; ut לוֹשֵׁן *detraxit*: ſed nihil peculiare habent hujuſmodi Verba præter anomaliam Daghes ejecti in Cholem converſi. Alterum genus eſt, quod loco Daghes unam, aut alteram radicis literam geminat, aut quod habet per ſe quatuor, vel quinque literas; ut a גָּלַל eſt גִּלְגֵּל *volvit*; פִּרְשֵׁן *expandit*: & hæc quoque analogicus flectuntur.

פִּקֵּד *recenſuit*,

Infinit.

פַּקֵּד

Imperat.

| P. | S. | |
|---|---|---|
| פַּקְּדוּ | פַּקֵּד | m. |
| פַּקֵּדְנָה | פַּקְּדִי | f. |

Futur.

| Fem. | Maſ. | Sing. |
|---|---|---|
| com. | אֲפַקֵּד | 1 |
| תְּפַקְּדִי | תְּפַקֵּד | 2 |
| תְּפַקֵּד | יְפַקֵּד | 3 |
| | **Plu.** | |
| com. | נְפַקֵּד | 1 |
| ( | תְּפַקְּדוּ | 2 |
| תְּפַקֵּדְנָה ( | יְפַקְּדוּ | 3 |

Præteri.

| Fem. | Maſ. | Sing. |
|---|---|---|
| פִּקְּדָה | פִּקֵּד | 3 |
| פִּקַּדְתְּ | פִּקַּדְתָּ | 2 |
| com. | פִּקַּדְתִּי | 1 |
| | **Plu.** | |
| com. | פִּקְּדוּ | 3 |
| פִּקַּדְתֶּן | פִּקַּדְתֶּם | 2 |
| com. | פִּקַּדְנוּ | 1 |

Partic.

| P. | S. | |
|---|---|---|
| מְפַקְּדִים | מְפַקֵּד | m. |
| ( | מְפַקְּדָה | f. |
| מְפַקְּדוֹת ( | מְפַקֶּדֶת | |

*An-*

## *Annotationes*

### Ad Præteritum.

Sæpe in Pathach deſinit, præſertim ſi ſecunda, vel tertia ſit gutturalis, aut ר: ut שִׁבַּר *confregit*.

Tria plerunque in Sægol deſinunt, דִּבֶּר *locutus eſt*; כִּבֶּס *lavit*, כִּפֶּר *expiavit*.

### Ad Infinitivum.

Aliquando retinetur forma Præteriti; ut שַׁלֵּם *retribuere*.

### Ad Imperativum.

Quandoque in fine eſt Pathach, ut פַּלַּג *divide*.

Cum ה paragogico סַפְּרָה *numera*.

### De Conjugatione Puhal.

Hanc Kibbutz potiſſimum ſub prima radicali ab activa diſcernit. Pro Kibbutz aliquando eſt Kametz chatuph, cum hæ vocales invicem permutentur. Ejecto Daghes ex gutturalibus, & ר, Kibbutz producitur in Cholem.

פֻּקַּד *recenſitus eſt*.

Partic.

| P. | S. | |
|---|---|---|
| מְפֻקָּדִים | מְפֻקָּד | m. |
| | ( מְפֻקָּדָה | f. |
| מְפֻקָּדוֹת | ( מְפֻקֶּדֶת | |

Infin.

פֻּקּוֹד

Futur.

| Fem. | Sing. | Maſ. | |
|---|---|---|---|
| com. | | אֲפֻקַּד | 1 |

Præter.

| Fem. | Sing. | Maſc. | |
|---|---|---|---|
| פֻּקְּדָה | | פֻּקַּד | 3 |
| פֻּקַּדְתְּ | | פֻּקַּדְתָּ | 2 |
| com. | | פֻּקַּדְתִּי | 1 |

Plur.

| | | |
|---|---|---|
| com. | פֻּקְּדוּ | 3 |
| פֻּקַּדְתֶּן | פֻּקַּדְתֶּם | 2 |
| com. | פֻּקַּדְנוּ | 1 |
| | תְּפֻקַּד | 2 |

| | | | | | |
|---|---|---|---|---|---|
| 2 | תִּפָּקֵד | תִּפָּקְדִי | 2 | תִּפָּקְדוּ ( | |
| 3 | יִפָּקֵד | תִּפָּקֵד | 3 | יִפָּקְדוּ ( | תִּפָּקַדְנָה |
| | | Plu. | | | |
| 1 | נִפָּקֵד | com. | | | |

# CAPUT XI.

## *De tertia Conjugatione* Hiphil, *&* *ejus Paſſiva* Hophal.

Tertia Conjugatio eſt, quæ habet in utraque forma literam ה themati præfixam; in Activa quidem forma cum ChireK, ut הִפְקִיד, in Paſſiva autem cum Kametz Chatuph; ut הָפְקַד.

Porro י a ChireK per totam Conjugationem ſæpiſſime abjicitur.

הִפְקִיד *præfecit*.

Parti.

| | S. | P. |
|---|---|---|
| m. | מַפְקִיד | מַפְקִידִים |
| f. | מַפְקִידָה ) | |
| | מַפְקִידֶת ) | מַפְקִידוֹת |

Inf.

הַפְקִיד vel הַפְקֵד

Imp.

| | S. | P. |
|---|---|---|
| m. | הַפְקִיד | הַפְקִידוּ |
| f. | הַפְקִידִי | הַפְקֵדְנָה |

Præter.

Sing.

| | Maſ. | Fem. |
|---|---|---|
| 3 | הִפְקִיד | הִפְקִידָה |
| 2 | הִפְקַדְתָּ | הִפְקַדְתְּ |
| 1 | הִפְקַדְתִּי | com. |

Plu.

| | | |
|---|---|---|
| 3 | הִפְקִידוּ | com. |
| 2 | הִפְקַדְתֶּם | הִפְקַדְתֶּן |
| 1 | הִפְקַדְנוּ | com. |

D Fut.

| Plu. | | | Fut. Sing. Fem. | Masc. |
| --- | --- | --- | --- | --- |
| com. | נַפְקִיד | 1 | | |
| | ( תַּפְקִידוּ | 2 | com. | אַפְקִיד |
| תַּפְקֵדְנָה | ( יַפְקִידוּ | 3 | תַּפְקִידִי | 2 תַּפְקִיד |
| | | | תַּפְקִיד | 3 יַפְקִיד |

## *Annotationes*

### Ad Præteritum.

Ante literam gutturalem nota Conjugationis ה plerumque reſpondet gutturali; ut הֶאֱמִין *credidit*.

### Ad Infinitivum.

Terminatio הַפְקִיד in ſimplici Infinitivi forma rarior eſt; at præfixis literis בכלם *bachlam*, & ה paragogico adveniente perpetua eſt, לְהַעֲבִיר ad *traducendum*, הַשְׁמִידָה *perdere*.

Si ſecunda, aut tertia ſit gutturalis, vel ר, poteſt eſſe Pathach pro ChireK, ut הַפְצַר *repugnare*.

Quædam retinent formam Præteriti; ut הִרְגִּיעַ *quietum reddere*; הִרְגִּיז *commovere*; הִמְלִיט *liberare*, pro הַמְלִיט.

### Ad Futurum.

Ex incipientibus ab א quædam illud amittunt, & ab initio etiam cum Cholem ſunt, ut in Kal dictum eſt; inde eſt אֹסִיף pro אַאֲסִיף *colligam*. יַהֵל pro יַאֲהֵל *tentoria figet*.

De

# *De Conjugatione* Hophal.

Vocalis Kamerzchatuph, pro qua ſæpe etiam eſt Kibbutz, & Vau SureK, Hophal ab Hiphil diſcernit.

הָפְקַד *præfectus eſt.*

Præter.

Sing.

| | Maſc. | Fem. |
|---|---|---|
| 3 | הָפְקַד | הָפְקְדָה |
| 2 | הָפְקַדְתָּ | הָפְקַדְתְּ |
| 1 | הָפְקַדְתִּי | com. |

Plur.

| | Maſc. | Fem. |
|---|---|---|
| 3 | הָפְקְדוּ | com. |
| 2 | הָפְקַדְתֶּם | הָפְקַדְתֶּן |
| 1 | הָפְקַדְנוּ | com. |

Partic.

| | S. | P. |
|---|---|---|
| m. | מָפְקָד | מָפְקָדִים |
| f. | מָפְקָדָה ( | |
| | מָפְקֶדֶת ( | מָפְקָדוֹת |

Fut.

Sing.

| | Maſ. | Fem. |
|---|---|---|
| 1 | אָפְקַד | com. |
| 2 | תָּפְקַד | תָּפְקְדִי |
| 3 | יָפְקַד | תָּפְקַד |

Plur.

| | Maſ. | Fem. |
|---|---|---|
| 1 | נָפְקַד | com. |
| 2 | תָּפְקְדוּ ( | |
| 3 | יָפְקְדוּ ( | תָּפְקַדְנָה |

## *Annotationes*

### Ad Præteritum.

Sub prima gutturali eſt ChatephKametz loco Sceva, ut הָחֳרַב *vaſtatus eſt.*

### Ad Participium.

מ Aliquando eſt cum Kametzchatuph; ut מָשְׁחָת *corruptus*; & prima gutturali מָעֳמָד *conſtitutus.*

# CAPUT XII.

## *De Quarta Conjugatione* Hithpahel.

Conjugatio *Hithpahel* formatur a *Pihel*, mutato Chirek in Pathach, & præfixa ſyllaba הִתְ: ut הִתְפַּקֵּר. Ratio Daghes eadem, quæ in Pihel.

Duæ præterea obſervandæ ſunt figuræ, quæ additæ ſyllabæ הִתְ accidunt, ſcil. Syncopa, & Metatheſis.

Syncopa eſt, cum litera ה, vel ת excidit: ה tollitur, cum alia formativa Temporis præponitur juxta communem Grammaticorum regulam, *characteriſtica Temporis excludit characteriſticam Conjugationis*, ut מִתְפַּקֵּר pro מְהִתְפַּקֵּר, Litera ת vero, cum Euphoniæ cauſſa in primam radicalem contrahitur, præcipue ſi prima radicis ſit una ex literis דטנת *datnath* ut הִנַּבֵּא pro הִתְנַבֵּא *vaticinatus eſt*: quod tamen in Bibliis rarum, apud Talmudicos vero frequentiſſimum.

Metatheſis eſt literæ ת, quando prima radicalis eſt una ex literis זסצש *Zaſtzas*: tunc enim illis poſtponitur: præterea poſt ז mutatur ת in ד, ut הִזְדַּמֵּן *præparavit ſe* a זְמַן; & poſt צ in ט, ut הִצְטַדֵּק *juſtificavit ſe*; a צָדֵק.

Præ-

הִתְפַּקֵּד *recenſitus eſt*.

Inf.

הִתְפַּקֵּד

Imp.

| | S | P. |
|---|---|---|
| m. | הִתְפַּקֵּד | הִתְפַּקְּדוּ |
| f. | הִתְפַּקְּדִי | הִתְפַּקֵּדְנָה |

Futu.

Sing.

| | Maſ. | Fœm. |
|---|---|---|
| 1 | אֶתְפַּקֵּד | com. |
| 2 | תִּתְפַּקֵּד | תִּתְפַּקְּדִי |
| 3 | יִתְפַּקֵּד | תִּתְפַּקֵּד |

Plur.

| | Maſ. | Fœm. |
|---|---|---|
| 1 | נִתְפַּקֵּד | com. |
| 2 | תִּתְפַּקְּדוּ ) | |
| 3 | יִתְפַּקְּדוּ ) | תִּתְפַּקֵּדְנָה |

Præter.

Sing.

| | Maſ. | Fem. |
|---|---|---|
| 3 | הִתְפַּקֵּד | הִתְפַּקְּדָה |
| 2 | הִתְפַּקַּדְתָּ | הִתְפַּקַּדְתְּ |
| 1 | הִתְפַּקַּדְתִּי | com. |

Plur.

| | Maſ. | Fem. |
|---|---|---|
| 3 | הִתְפַּקְּדוּ | com. |
| 2 | הִתְפַּקַּדְתֶּם | הִתְפַּקַּדְתֶּן |
| 1 | הִתְפַּקַּדְנוּ | com. |

Partic.

| | S. | P. |
|---|---|---|
| m. | מִתְפַּקֵּד | מִתְפַּקְּדִים |
| f. | מִתְפַּקְּדָה ) | |
| | מִתְפַּקֶּדֶת ) | מִתְפַּקְּדוֹת |

## *Annotationes*

### Ad Præteritum.

Eſt cum Chirek in penultima, ut in Kal quoque obſervatum eſt, וְהִתְקַדִּשְׁתֶּם *ſanctificabitis vos*.

Deſinit etiam in Pathach; ut הִתְחַזַּק *confirmavit ſe*. Quæ terminatio reperitur etiam in Imperativo & Futuro.

# CAPUT XIII.

## *De Verbis Imperfectis, & primum de Deficientibus prima radicali* נ.

VErba Deficientia prima litera נ compenſant literam נ in Conjugando deficientem per Daghes forte, ſi vox ab initio creſcat. Daghes autem ex Gutturalibus, & ר ejecto, Vocalis præcedens brevis mutatur in longam. Horum Anomaliam ſequuntur duo Verba לָקַח *accepit*, & לָתַע *commoli*, quod literam ל in Conjugando abjiciunt, perinde ac ſi inciperent a *Nun*. Multa autem Analogicus flectuntur per omnia Tempora, & omnes Conjugationes.

### *De Conjugatione* Kal.

Præteritum, & utrumque Participium Analoga ſunt: נָגַשׁ *acceſſit*; Benonì נֹגֵשׁ *accedens*, Pahul נָגוּשׁ, *admotus*.

Infinit.

גֶּשֶׁת.

Imper.

| | S. | P. |
|---|---|---|
| m. | גַּשׁ | גְּשׁוּ |
| f. | גְּשִׁי | גַּשְׁנָה |

Fut.

| | Maſ. | Sing. Fem. |
|---|---|---|
| 1 | אֶגַּשׁ | com. |
| 2 | תִּגַּשׁ | תִּגְּשִׁי |
| 3 | יִגַּשׁ | תִּגַּשׁ |
| | Plur. | |
| 1 | נִגַּשׁ | com. |
| 2 | תִּגְּשׁוּ ( | תִּגַּשְׁנָה |
| 3 | יִגְּשׁוּ ( | |

*An-*

## *Annotationes*

### Ad Infinitivum.

Obſervanda Kimchii admonitio in Michlol *: Infinitivi cum defectu Nun & ſuperaddito* ת *nullus uſus eſto, niſi quem uſus Biblicus approbat*. Quare & Infinitivus perfectorum legem ſequitur.

Verbi נָתַן *dedit* ſpecialis eſt Anomalia; habet enim תֵּת pro תֶּנֶת *dare*. Hinc Reg. 1. 6. 19. cum ן Paragogico לְתִתֵּן, *ad dandum*; & 17. 14. cum ן redundante תִּתֵּן. In Imperat. autem habet תֵּן *da*, & in Futu. אֶתֵּן *dabo*.

Propter gutturalem duplex eſt Pathach; ut גַּעַת *attingere* a נָגַע, קַחַת *accipere* a לָקַח.

### Ad Imperativum.

Cum ה Paragogico גְּשָׁה *accede*.

Eſt & terminatio Cholem maxime apud Rabbinos, ut פּוֹל *cade*: קַח a לָקַח *accipe*, & Analogus לְקֹח.

Cæterum hic Imperativus in pleriſque Verbis inuſitatus eſt; unde caute formandus, & adhibendus.

### Ad Futurum

Terminatio Cholem hic etiam uſitata eſt, ut יִבּוֹל *marceſcet*: a לָקַח eſt אֶקַּח *accipiam*.

Cum ה Paragogico אֶצְּרָה *cuſtodiam*.

Propter gutturalem יֵחַת *deſcendet*.

Cum Apocopa literæ ה וַתִּגַּשְׁןָ *& acceſſerunt*.

## *De Conjugatione Paſſiva* Niphal.

Præteritum, & Participium tantum Anomala ſunt; reliqua Tempora juxta paradigma נִפְקַד flectuntur. Verum לָקַח hic, ubique, & ſemper analogum eſt.

נִגַּשׁ *admotus eſt*.

| | | |
|---|---|---|
| Infinit. | | |
| | הִנָּגֵשׁ | |
| Imper. | | |
| m. | הִנָּגֵשׁ | הִנָּגְשׁוּ |
| f. | הִנָּגְשִׁי | הִנָּגַשְׁנָה |
| Futur. | | |
| 1 | אֶנָּגֵשׁ | com. |
| 2 | תִּנָּגֵשׁ | תִּנָּגְשִׁי |
| 3 | יִנָּגֵשׁ | תִּנָּגֵשׁ |
| Plur. | | |
| 1 | נִנָּגֵשׁ | com. |
| 2 | תִּנָּגְשׁוּ ( | |
| 3 | יִנָּגְשׁוּ ( | תִּנָּגַשְׁנָה |

| | | |
|---|---|---|
| Præter. Sing. | | |
| | Maſ. | Fem. |
| 3 | נִגַּשׁ | נִגְּשָׁה |
| 2 | נִגַּשְׁתָּ | נִגַּשְׁתְּ |
| 1 | נִגַּשְׁתִּי | com. |
| Plur. | | |
| 3 | נִגְּשׁוּ | com. |
| 2 | נִגַּשְׁתֶּם | נִגַּשְׁתֶּן |
| 1 | נִגַּשְׁנוּ | com. |
| Partic. | | |
| | S. | P. |
| m. | נִגָּשׁ | נִגָּשִׁים |
| f. | נִגָּשָׁה ( | |
| | נִגֶּשֶׁת ( | נִגָּשׁוֹת |

### *Annotationes*

Ad Præteritum.

Daghes ex gutturali ſæpiſſime excidit ſine ulla compenſatione; ut נִחַם *conſolationem accepit*.

Eſt & terminatio Cholem; ut נָמוֹל *circumciſus eſt*.

Ad

Ad Participium.

Deſinit & in Cholem, unde נִמֹּלִים *circumciſi*, *Gen.* 34. 22.

Formæ Pihel, Puhal, & Hithpahel Analogæ ſunt, unde ſpecialem doctrinam hic non requirunt.

## CAPUT XIV.

### *De Conjugatione* Hiphil, *& ejus Paſſiva* Hophal.

הִגִּישׁ *admovit.*

Infin.

הַגִּישׁ vel הַגֵּשׁ

Imp.

| P. | S. | |
|---|---|---|
| הַגִּישׁוּ | הַגִּישׁ | m. |
| הַגֵּשְׁנָה | הַגִּישִׁי | f. |

Fut.

Sing.

| Fem. | Maſ. | |
|---|---|---|
| com. | אַגִּישׁ | 1 |
| תַּגִּישִׁי | תַּגִּישׁ | 2 |
| תַּגִּישׁ | יַגִּישׁ | 3 |

Plur.

| | | |
|---|---|---|
| com. | נַגִּישׁ | 1 |
| | תַּגִּישׁוּ ) | 2 |
| תַּגֵּשְׁנָה | יַגִּישׁוּ ) | 3 |

Præter.

Sing.

| Fem. | Maſ. | |
|---|---|---|
| הִגִּישָׁה | הִגִּישׁ | 3 |
| הִגַּשְׁתְּ | הִגַּשְׁתָּ | 2 |
| com. | הִגַּשְׁתִּי | 1 |

Plur.

| | | |
|---|---|---|
| com. | הִגִּישׁוּ | 3 |
| הִגַּשְׁתֶּן | הִגַּשְׁתֶּם | 2 |
| com. | הִגַּשְׁנוּ | 1 |

Partic.

| P. | S. | |
|---|---|---|
| מַגִּישִׁים | מַגִּישׁ | m. |
| | מַגִּישָׁה ) | f. |
| מַגִּישׁוֹת | מַגֶּשֶׁת ) | |

An-

Digitized by Google

## *Annotationes*

### Ad Præteritum.

Analogum eſt Jerem. 3. 18. הִנְחַלְתִּי *poſſidendum tradidi* a נָחַל.

### Ad Infinit.

Analoga ſunt Ezech. 22. 20. לְהַנְתִּיךְ *ad fundendum* a נָתַךְ & Num. 5. 22. לְהַנְפִּיל *ad proſternendum*.

### Ad Futurum.

Propter Gutturalem eſt in fine Pathach, ut יַגַּע *tanget*: quod per totam Conjugationem obſervandum. Cum Nun Paragogico תַּגִּישׁוּן *admovebitis*.

## *De Conjugatione* Hophal.

הָגַּשׁ *admotus eſt*.

Partic.

| | P. | S. | |
|---|---|---|---|
| | מָגָּשִׁים | מָגָּשׁ | m. |
| | מָגָּשׁוֹת | מָגָּשָׁה | f. |

Infin.

הָגֵּשׁ

Futur.
Sing.

| Fem. | Maſ. | |
|---|---|---|
| com. | אָגַּשׁ | 1 |
| תָּגְּשִׁי | תָּגַּשׁ | 2 |
| | יָגַּשׁ | 3 |

Præter.
Sing.

| Fem. | Maſ. | |
|---|---|---|
| הָגְּשָׁה | הָגַּשׁ | 3 |
| הָגַּשְׁתְּ | הָגַּשְׁתָּ | 2 |
| com. | הָגַּשְׁתִּי | 1 |

Plur.

| | | |
|---|---|---|
| com. | הָגְּשׁוּ | 3 |
| הָגַּשְׁתֶּן | הָגַּשְׁתֶּם | 2 |
| com. | הָגַּשְׁנוּ | 1 |

| | | | |
|---|---|---|---|
| | 2 תִּגְּשׁוּ ( | תִּגַּשׁ | 3 יִגַּשׁ |
| תִּגַּשְׁנָה | 3 יִגְּשׁוּ ( | Plur. com. | 1 נִגַּשׁ |

# CAPUT XV.

## *De Deficientibus ſecunda litera radicali, ac prima eorum Conjugatione* Kal.

ALterum Deficientium genus eſt Verborum ſecundam literam radicalem geminantium, quæ in monoſyllabam contracta, ſecundam deficientem, cum vox a fine creſcit, per Daghes forte compenſant. Daghes autem ejectum Vocales breves in longas plerumque mutat. Hæc quoque Verba ſæpe Analogus flectuntur. Cæterum Temporibus Analogis omiſſis, Anomala tantum ſubjiciemus.

סָבַב *circuivit.*

Præter.

Sing.

| Fem. | Maſc. |
|---|---|
| סַבָּה | 3 סַב |
| סַבּוֹת | 2 סַבּוֹתָ |
| com. | 1 סַבּוֹתִי |

Plu.

| | |
|---|---|
| com. | 1 סַבּוּ |
| סַבּוֹתֶן | 2 סַבּוֹתֶם |
| com. | 3 סַבּוֹנוּ |

*Benoni*

| | |
|---|---|
| סֹבְבִים | m. סֹבֵב |
| סֹבְבוֹת | f. סֹבְבָה |

*Pahul*

| | |
|---|---|
| סְבוּבִים | m. סָבוּב |
| סְבוּבוֹת | f. כְּבוּבָה |

Inf.

סוֹב.

| P. | Imp. | S. |
|---|---|---|
| סוֹבּוּ | | m. כוֹב |
| סֻבֶּינָה | | f. סוֹבִּי |

Fut.

| Fem. | Sing. | Maſ. |
|---|---|---|
| com. | | 1 אָסוֹב |
| תָּסוֹבִּי | | 2 תָּסוֹב |

3 יָסוֹב

| | | | |
|---|---|---|---|
| 3 יָסוֹב | תָּסוֹב | 2 תָּסוֹבּוּ ( | |
| Plur. com. | | 3 יָסוֹבּוּ ( | תְּסֻבֶּינָה |
| 1 נָסוֹב | | | |

## *Annotationes*

### Ad Præteritum.

Eſt & hic forma Cholem, ut וְרֹבּוּ *& jaculati ſunt.*

Daghes excidente, וָאָרוֹתִי *& maledicam.*

### Ad Infinitivum.

Quædam cum SureK ſunt; ut בּוּר, *declarare*, חוּל *ſaltare*, עוּת *tempeſtive loqui.*

### Ad Imperativum.

Et in Pathach, ut גַּל *devolve.*

Accentu ad ultimam retracto, Cholem convertitur in Kametz Chatuph; ut רָנּוּ, *cantate.*

### Ad Futurum.

Vocalis Kametz ſub formativis non raro in brevem, & Daghes reſolvitur, quod Chaldæis maxime proprium; ut אָקֹב *maledicam.*

Eſt & terminatio Surek, ut יְשׁוּד *vaſtabit*; & Kibbutz, ut וְתֵרֻץ *& conteratur.*

Accentu ad penultimam recedente, Cholem in Kametz Chatuph, ut וַיָּסָב *& circuivit.* Cum ה Paragogico, תָּרֹנָּה *clamites.*

De

## *De Conjugatione* Niphal.

נָסַב *circumdatus eſt.*

| Imper. P. | Imper. S. | | Præter. Fem. | Præter. Sing. Maſc. | |
|---|---|---|---|---|---|
| הִסַּבּוּ | הִסַּב | m. | נָסַבָּה | נָסַב | 3 |
| הִסַּבֶּינָה | הִסַּבִּי | f. | נְסַבּוֹת | נְסַבּוֹתָ | 2 |
| Fut. | | | com. | נְסַבּוֹתִי | 1 |
| Sing. | | | Plu. | | |
| Fem. | Maſc. | | com. | נָסַבּוּ | 3 |
| com. | אֶסַּב | 1 | נְסַבּוֹתֶן | נְסַבּוֹתֶם | 2 |
| תִּסַּבִּי | תִּסַּב | 2 | com. | נְסַבּוֹנוּ | 1 |
| תִּסַּב | יִסַּב | 3 | P. Part. | S. | |
| Plur. | | | נְסַבִּים | נָסָב | m. |
| com. | נִסַּב | 1 | נְסַבּוֹת | נְסַבָּה | f. |
| | ( תִּסַּבּוּ | 2 | Inf. | | |
| תִּסַּבֶּינָה | ( יִסַּבּוּ | 3 | הִסּוֹב | | |

### *Annotationes*

Ad Præteritum.

Ante ח charaсteriſtica נ amat Chirek ; ut נִחַר *exſiccatur*, a חָרַר.

Sunt quoque hic terminationes Tzere, & Cholem, ut נָמֵס *liqueſcit*. Hinc נָסֵבָּה *convertit ſe*, Ezech. 26. 2. Hinc etiam Tzere aliquando mutatur in Sceva, ſublato Daghes, ut וְנָבְקָה *& exhaurietur*, Iſai. 19. 13. וְנָסְבָה *& ambiebatur*, Ezech. 41. 7.

Da-

Daghes excidente נִחָרוּ *exardeſcunt*.

Ad Participium.

Et in Tzere; ut נָמֵס *liqueſcens*.

Ad Infinit.

Et in Tzere, ut הִמֵּס *liqueſcere*; & in Pathach, ut הֵחַל *pollui*.

Ad Futurum.

Ex prima gutturali excidente Daghes literæ formativæ notantur cum Tzere; ut אֵחַל *profanabor*. Hanc formam imitatur euphoniæ cauſſa יֵמַר *amareſcet*, pro יִמַּר.

Deſinit & in Cholem, & in Tzere; ut יִתֹּם *abſumetur*; תֵּחֵל *polluctur*.

Cum ה Paragogico נִדְּמָה *ſileamus*.

## CAPUT XVI.

### *De* Pihel, *& ejus Paſſiva Conjugatione* Puhal.

IN his duabus Conjugationibus Verba Deficientia ſecunda aut ſunt omnino Analoga, ut חִלֵּל *polluit*, aut ad vitandam cacophoniam trium ſimilium literarum, Daghes imponendum ſecundæ radicali convertunt in Cholem, ut סֹבֵב pro סִבֵּב: & præter Cholem

lem flexio reliqua perficitur ad formam Analogam; ſic Pihel Præter. סוֹבֵב &c. Partic. מְסוֹבֵב &c. Puhal autem Præter. סוֹבַב &c. Partic. מְסוֹבָב &c. Quare his omiſſis, pergamus ad alias Conjugationes Anomalas.

# CAPUT XVII.

## *De Conjugatione* Hiphil, *& ejus Paſſiva* Hophal.

הֵסֵב *circumduxit.*

**Inf.**

הָסֵב

**Imper.**

| | P. | S. |
|---|---|---|
| m. | הָסֵבּוּ | הָסֵב |
| f. | הֲסִבֶּינָה | הָסֵבִּי |

**Fut.**

| | Fem. | Sing. Maſ. |
|---|---|---|
| 1 | com. | אָסֵב |
| 2 | תָּסֵבִּי | תָּסֵב |
| 3 | תָּסֵב | יָסֵב |

**Plu.**

| | Fem. | Maſ. |
|---|---|---|
| 1 | com. | נָסֵב |
| 2 | ( תְּסִבֶּינָה | תָּסֵבּוּ |
| 3 | ( | יָסֵבּוּ |

**Præter.**

**Sing.**

| | Fem. | Maſc. |
|---|---|---|
| 3 | הֵסֵבָּה | הֵסֵב |
| 2 | הֲסִבּוֹת | הֲסִבּוֹתָ |
| 1 | com. | הֲסִבּוֹתִי |

**Plu.**

| | Fem. | Maſc. |
|---|---|---|
| 3 | com. | הֵסֵבּוּ |
| 2 | הֲסִבּוֹתֶן | הֲסִבּוֹתֶם |
| 1 | com. | הֲסִבּוֹנוּ |

**Partic.**

| | P. | S. |
|---|---|---|
| m. | מְסִבִּים | מֵסֵב |
| f. | מְסִבּוֹת | מְסִבָּה |

An-

## *Annotationes*

### Ad Præteritum.

Deſinit etiam in Pathach, ut הֻשַּׁח *depreſſit*; quod accidit etiam in Participio: ut מֻסָב *circumducens*.

### Ad Infinitivum.

Pro Tzere non raro eſt Pathach, maxime ante gutturalem, ut לְהָבַר *ad purgandum*.

### Ad Futurum.

Vocalis longa ſub formativis reſolvitur nonnunquam in brevem, & Daghes; ut תַּמֵּר *exacerbas* Exodi 23. 22. & præterea eſt ſæpe terminatio Chirek, ut יִתִּים *abſolvet*. Retracto accentu pro Tzere eſt Sægol, ut וַתֵּרֶץ *& confregit*.

## *De Conjugatione* Hophal.

הוּסַב *circumductus eſt*.

Præter.

| Sing. | Maſ. | Fem. |
|---|---|---|
| 3 | הוּסַב | הוּסַבָּה |
| 2 | הוּסַבּוֹתָ | הוּסַבּוֹת |
| 1 | הוּסַבּוֹתִי | com. |
| **Plur.** | | |
| 3 | הוּסַבּוּ | com. |
| 2 | הוּסַבּוֹתֶם | הוּסַבּוֹתֶן |
| 1 | הוּסַבּוֹנוּ | com. |

Inf.

Parti.

| | S. | P. |
|---|---|---|
| m. | מוּסָב | מוּסַבִּים |
| f. | מוּסַבָּה | מוּסַבּוֹת |

Inf.

הוּסֵב

Futur. Sing.

| | Maſ. | Fem. |
|---|---|---|
| 1 | אוּסַב | com. |
| 2 | תּוּסַב | תּוּסַבִי |
| 3 | יוּסַב | תּוּסַב |

Plur.

| | Maſ. | Fem. |
|---|---|---|
| 1 | נוּסַב | com. |
| 2 | תּוּסַבוּ ( | |
| 3 | יוּסַבוּ ( | תּוּסַבֶינָה |

Pro SureK per totam Conjugationem aliquando eſt Kibbutz; & etiam Daghes euphonicum; ut יֻסַּב *circumagetur*, יֻכַּת *contereтur*.

## CAPUT XVIII.

### *De Conjugatione* Hithpahel.

HÆc formam ſui Pihel ſequitur, & Analogice flectitur: obſervanda ſolummodo in propoſito paradigmate figura Metatheſis, qua dicitur הִסְתּוֹבֵב *convertit ſe* pro הִתְסוֹבֵב.

## CAPUT XIX.

### *De Verbis Quieſcentibus prima radicali* Jod, *ac de eorum prima Conjugatione* Kal.

QUieſcentia prima radicali *Jod* ſunt, quæ י vel abjiciunt, vel in ו commutant; ac differunt a Deficientibus, quæ & ipſa literam thematis abjiciunt; quod Deficientia literam deficientem per Daghes forte complent; Quieſcentia vero literam abjectam vocali longa indicant. Ceterum & hic multa Tempora Analogic*us* flectuntur; quin etiam integræ Conjugatio-

nes פְּעֵל , פּוּעַל , הָתְפַּעֵל communem perfectorum legem ſequuntur.

Octo præterea ſunt Verba, quæ *Jod* abjectum more Deficientium פ״נ per Daghes compenſant, quæ a nonnullis vocantur Deficientia פ״י, & ſecundum Anomaliam Deficientium נ flectuntur, & ſunt יָצַק *fudit*, יָצַר *finxit*, יָצַת *flagravit*, יָקַף *ambivit*, יָנַח *ſtatuit*, יָצַב *erexit*, יָצַג *collocavit*, יָצַע *ſtravit*.

## Kal.

Præteritum, & utrumque Participium Analoga ſunt; ut יָשַׁב *ſedit*; Benonì יֹשֵׁב, Pahul יָשׁוּב.

| P. | Infinit. | S. |
|---|---|---|
| | שֶׁבֶת. | |
| | Imper. | |
| שְׁבוּ | | שֵׁב m. |
| שֵׁבְנָה | | שְׁבִי f. |
| | Futur. | |
| Fem. | Sing. | Maſ. |
| com. | | 1 אֵשֵׁב |

| | | |
|---|---|---|
| תֵּשְׁבִי | תֵּשֵׁב | 2 |
| תֵּשֵׁב | יֵשֵׁב | 3 |
| Plur. | | |
| com. | נֵשֵׁב | 1 |
| | ( תֵּשְׁבוּ | 2 |
| תֵּשַׁבְנָה | ( יֵשְׁבוּ | 3 |

### *Annotationes*

Ad Infinit.

Propter gutturalem duplex Pathach; ut דַּעַת *ſcire*. Sæpe Analogiam ſervat, ut יְשׁוֹב *manere*; לִיסוֹד *ad fundandum*. A יָכוֹל eſt יְכֹלֶת *poſſe*, & a יָבֵשׁ eſt יְבֹשֶׁת *exſiccari*. Cum ה paragogico שִׁבְתָּה *ſedere*.

Ad

Ad Imperativum.

Et in Pathach, maxime propter gutturalem; ut דַּע, *cognoſce*.

Cum ה paragogico eſt שְׁבָה.

Ad Futurum.

Cum prima radicalis *Jod* exprimitur, formativæ Futuri habent Chirek, & in fine eſt Pathach ad formam perfectorum, ut אִישַׁן *dormiam*; *Jod* tamen aliquando abjicitur; ut יֵחַם *ardeſcet*, יִשְׁנוּ *dormient* pro יִישְׁנוּ.

Cum ה paragogico נֵרְדָה, *deſcendemus*.

Specialis Anomaliæ eſt Verbum יָכֹל *potuit*, quod literam *Jod* commutat in Surek, & dicitur אוּכַל, תּוּכַל &c.

## *De Conjugatione* Niphal.

נוֹשַׁב *conſtitutus eſt*.

Parti.

| P. | S. | |
|---|---|---|
| נוֹשָׁבִים | נוֹשָׁב | m. |
| | נוֹשָׁבָה ( | f. |
| נוֹשָׁבוֹת | נוֹשֶׁבֶת ( | |

Infin.

הוּשֵׁב

Impe.

| P. | S. | |
|---|---|---|
| הִוָּשְׁבוּ | הוּשֵׁב | m. |
| הִישַּׁבְנָה | הוּשְׁבִי | f. |

Præter.

Sing.

| | Maſc. | Fem. |
|---|---|---|
| 3 | נוֹשַׁב | נוֹשְׁבָה |
| 2 | נוֹשַׁבְתָּ | נוֹשַׁבְתְּ |
| 1 | נוֹשַׁבְתִּי | com. |

Plu.

| | | |
|---|---|---|
| 3 | נוֹשְׁבוּ | com. |
| 2 | נוֹשַׁבְתֶּם | נוֹשַׁבְתֶּן |
| 1 | נוֹשַׁבְנוּ | |

| Plur. | | | Futur. Fem. | Sing. Maſ. | |
|---|---|---|---|---|---|
| com. | נוֹשֵׁב | 1 | com. | אוֹשֵׁב | I |
| | תּוֹשְׁבוּ ( | 2 | תּוֹשְׁבִי | תּוֹשֵׁב | 2 |
| תּוֹשֵׁבְנָה | יוֹשְׁבוּ ( | 3 | תּוֹשֵׁב | יוֹשֵׁב | 3 |

*Annotationes*

Ad Præteritum.

Vau aliquando ſupprimitur; ut נֹעַדְתִּי *conveniam*.

Ad Futurum.

א Eſt etiam cum ChireK; ut אִישֵׁב.

Et in Pathach; ut וַיִּיעַץ *& conſilium iniit*. Et loco *Vau* eſt radicale *Jod*, ut יָרֹה יִיָּרֶה Exod. 19. 13. *jaculis utique conficietur*.

Conjugationes Pihel, & Puhal Analogæ ſunt, ac propterea earum ratio ex communi Verborum perfectorum doctrina repetenda eſt.

# CAPUT XX.

## *De Conjugatione* Hiphil, *& ejus Paſſiva* Hophal.

Anomalia eſt in prima radicali י, quæ commutatur in ו, quod in forma *Hiphil* quieſcit in Cholem, & in *Hophal* in Surek. Quædam tamen in forma activa י radicale retinent, ſed quieſcens in Tzere, ut הֵיטִיב *benefecit*: verum aliquando hoc *Jod* abjicitur, ſicut & alterum ad Conjugationis formam pertinens.

Præ-

הוֹשִׁיב *collocavit.*

Præter.

Sing.

| Fem. | Masc. | |
|---|---|---|
| הוֹשִׁיבָה | הוֹשִׁיב | 3 |
| הוֹשַׁבְתְּ | הוֹשַׁבְתָּ | 2 |
| com. | הוֹשַׁבְתִּי | 1 |
| Plur. | | |
| com. | הוֹשִׁיבוּ | 3 |
| הוֹשַׁבְתֶּן | הוֹשַׁבְתֶּם | 2 |
| com. | הוֹשַׁבְנוּ | 1 |

| P. Partic. | S. | |
|---|---|---|
| מוֹשִׁיבִים | מוֹשִׁיב | m. |
| מוֹשִׁיבוֹת | מוֹשִׁיבָה ) מוֹשֶׁבֶת | f. |

Infinit.

הוֹשִׁיב vel הוֹשֵׁב

| P. Imper. | S. | |
|---|---|---|
| הוֹשִׁיבוּ | הוֹשִׁיב | m. |
| הוֹשֵׁבְנָה | הוֹשִׁיבִי | f. |

Fut.

| Fem. Sing. | Maſ. | |
|---|---|---|
| com. | אוֹשִׁיב | 1 |
| תּוֹשִׁיבִי | תּוֹשִׁיב | 2 |
| תּוֹשִׁיב | יוֹשִׁיב | 3 |
| Plur. | | |
| com. | נוֹשִׁיב | 1 |
| | תּוֹשִׁיבוּ ) | 2 |
| תּוֹשֵׁבְנָה | יוֹשִׁיבוּ ) | 3 |

## *Annotationes*

Ad Futurum.

Quandoque charaſteriſtica Conjugationis ה expreſſa hic legitur; ut יְהוֹדֶה *laudabis*, pro יוֹדֶה.

Et in Pathach; ut תּוֹתַר, *relinques*.

Et cum ן paragogico תּוֹסִיפוּן *addetis*.

## *De Conjugatione* Hophal.

הוּשַׁב *collocatus fuit.*

Præterit.

| Fem. Sing. | Maſc. | |
|---|---|---|
| הוּשְׁבָה | הוּשַׁב | 3 |
| הוּשַׁבְתְּ | הוּשַׁבְתָּ | 2 |
| com. | הוּשַׁבְתִּי | 1 |

 Plur.

Futur.

Sing.

| Fem. | Maſc. | |
|---|---|---|
| com. | אוּשַׁב | 1 |
| תּוּשְׁבִי | תּוּשַׁב | 2 |
| תּוּשַׁב | יוּשַׁב | 3 |

Plur.

| | | |
|---|---|---|
| com. | נוּשַׁב | 1 |
| | ( תּוּשְׁבוּ | 2 |
| תּוּשַׁבְנָה | ( יוּשְׁבוּ | 3 |

Plur.

| | | |
|---|---|---|
| com. | הוּשְׁבוּ | 3 |
| חוּשַׁבְתֶּן | הוּשַׁבְתֶּם | 2 |
| | הוּשַׁבְנוּ | 1 |

Partic.

| P. | S. | |
|---|---|---|
| מוּשָׁבִים | מוּשָׁב | m. |
| | ( מוּשָׁבָה | f. |
| מוּשָׁבוֹת | ( מוּשֶׁבֶת | |

Infinit.

הוּשַׁב

## CAPUT XXI.

### *De Conjugatione* Hithpahel.

H*Ithpahel* Analogam eſſe ſupra diximus. Tria tamen ſunt Verba, quæ ſpecialem Anomaliam patiuntur, mutato Jod in Vau conſonam mobilem: nempe

a יָדַע fit הִתְוַדַּע, *cognovit ſe*.

a יָכַח fit הִתְוַכַּח, *diſceptavit*.

a יָסַר fit הִתְוַסַּר, *eruditus eſt*.

## CAPUT XXII.

### *De Verbis Quieſcentibus ſecunda radicali, & eorum prima Conjugatione* Kal.

ALterum genus Verborum Quieſcentium eſt, quorum ſecunda radicalis eſt vel *Vau*, vel *Jod*, & vo-

vocantur Quieſcentia ע״; ut קוּם *ſurgere*, בִּין *intelligere*. Ratio autem flectendi utramque formam eadem eſt, cujus Anomalia perpetua eſt in radicali vel quieſcente, vel abjecta. Cum autem hæc Verba duas tantum literas radicales exprimant in Præterito, ideo eorum origo, & forma ſumitur ab Infinitivo, ubi omnes tres literæ radicales exprimuntur.

Ex hoc genere Quieſcentium excipiuntur omnia Verba, quæ deſinunt in ה; illa enim mediam radicalem ſive Vau, ſive Jod ſemper efferunt.

קָם *ſurrexit*.

| Infin. | | |
|---|---|---|
| | | קוּם. |
| **Imper.** | P. | S. |
| m. | קוּמוּ | קוּם |
| f. | קוּמְנָה | קוּמִי |
| **Futur.** | Fem. Sing. | Maſ. |
| 1 | com. | אָקוּם |
| 2 | תָּקוּמִי | תָּקוּם |
| 3 | תָּקוּם | יָקוּם |
| **Plur.** | | |
| 1 | com. | נָקוּם |
| 2 | | ( תָּקוּמוּ |
| 3 | תָּקוּמְנָה | ( יָקוּמוּ |

| Præteri. | Fem. Sing. | Maſc. |
|---|---|---|
| 3 | קָמָה | קָם |
| 2 | קַמְתְּ | קַמְתָּ |
| 1 | com. | קַמְתִּי |
| **Plur.** | | |
| 3 | com. | קָמוּ |
| 2 | קַמְתֶּן | קַמְתֶּם |
| 1 | | קַמְנוּ |
| **Partic.** | P. | S. |
| m. | קָמִים | קָם |
| f. | קָמוֹת | קָמָה |
| **Pahul** | P. | S. |
| m. | קוּמִים | קוּם |
| f. | קוּמוֹת | קוּמָה |

## *Annotationes*

### Ad Præteritum.

Definit & in Tzere, ut מֵת *mortuus eſt*: & in Cholem, ut בּוֹשׁ *erubuit*. Tzere quidem manet tantum in tertiis perſonis, ut מֵתָה מֵתוּ; Cholem autem ubique, ut בֹּשְׁתִּי *erubui*. A בִּין eſt בָּן *intellexit*.

### Ad Participium.

Eſt & hic Tzere, ut עֵר *vigilans*; quin & Cholem, ut אוֹר *lucens*: & quandoque etiam SureK; ut סוּרָה *fugitiva*, שׁוּבֵי *reduces* Mich. 2. 8.

### Ad Infinitivum.

Et cum Cholem, ut קוֹם *ſurgere*, quæ terminatio frequens eſt etiam in Imperativo & Futuro. Unde cum ה paragogico בְּבוֹאָה *intrando*.

### Ad Futurum.

Ex terminatione Cholem accentu retracto eſt וַיָּקָם *& ſurrexit*: propter gutturalem definit etiam in Pathach; ut וַיָּנַע *& commotum eſt*.

Cum ן paragogico accentus fere transfertur ad ultimam, quapropter Kametz ſub formativa Futuri convertitur in Sceva, ut יְשׁוּבוּן *revertentur*.

Verbum בּוֹשׁ *erubuit* ſub Characteriſticis Futuri habet Tzere, forma a בּוֹשׁ, & יָבֵשׁ, compoſita; ut אֵבוֹשׁ, תֵּבוֹשׁ, &c.

De

## *De Conjugatione* Niphal.

נָקוֹם *excitatus eſt*.

| Infinit. | | | |
|---|---|---|---|
| | הִקּוֹם | | |
| **Imper.** | S. | P. | |
| m. | הִקּוֹם | הִקּוֹמוּ | |
| f. | הִקּוֹמִי | הִקּוֹמְנָה | |
| **Futur.** | Sing. Maſc. | Fem. | |
| 1 | אֶקּוֹם | com. | |
| 2 | תִּקּוֹם | תִּקּוֹמִי | |
| 3 | יִקּוֹם | תִּקּוֹם | |
| **Plur.** | | | |
| 1 | נִקּוֹם | com. | |
| 2 | תִּקּוֹמוּ ( | | |
| 3 | יִקּוֹמוּ ( | תִּקּוֹמְנָה | |

| Præter. | | |
|---|---|---|
| **Sing.** | Maſ. | Fem. |
| 3 | נָקוֹם | נָקוֹמָה |
| 2 | נְקוּמוֹתָ | נְקוּמוֹת |
| 1 | נְקוּמוֹתִי | com. |
| **Plur.** | | |
| 3 | נָקוֹמוּ | com. |
| 2 | נְקוּמוֹתֶם | נְקוּמוֹתֶן |
| 1 | נְקוּמוֹנוּ | |
| **Partic.** | S. | P. |
| m. | נָקוֹם | נְקוֹמִים |
| f. | נְקוֹמָה | נְקוֹמוֹת |

### *Annotationes*

Ad Præteritum.

Semel reperitur *Nun* cum Tzere. Zach. 2. 13. נֵעוֹר *ſuſcitatus eſt*.

Ad Infinitivum.

Si prima litera radicalis ſit gutturalis, pro Chirech ſub ה erit Tzere, הֵאוֹר *illuſtrari*. Sic & in Imperativo & in Futuro.

CA-

# CAPUT XXIII.

## *De Conjugatione* Pihel, *& ejus Paſſiva* Puhal.

DUplex Anomalia hic occurrit; prima eſt, cum prima, & tertia thematis litera geminatur; ut a כּוּל eſt כִּלְכֵּל: altera, cum *Vau* media radicalis quieſcit in Cholem, & loco illius geminandæ per Daghes forte, geminatur ultima; cujuſmodi forma fuit etiam in Deficientibus ſecunda; ut קוֹמֵם.

In paucis quibuſdam communis ſervatur Analogia; ut קִיֵּם *erexit*, חִיֵּב *reum peregit*. Rarior quidem hæc forma apud priſcos Hebræos fuit, at apud poſteriores Rabbinos admodum trita.

קוֹמֵם *erexit*.

Præter.
Sing.

| | Femin. | Maſc. |
|---|---|---|
| 3 | קוֹמְמָה | קוֹמֵם |
| 2 | קוֹמַמְתְּ | קוֹמַמְתָּ |
| 1 | com. | קוֹמַמְתִּי |

Plur.

| | | |
|---|---|---|
| 3 | com. | קוֹמְמוּ |
| 2 | קוֹמַמְתֶּן | קוֹמַמְתֶּם |
| 1 | | קוֹמַמְנוּ |

Parti.

| | P. | S. |
|---|---|---|
| m. | מְקוֹמְמִים | מְקוֹמֵם |

Plur.

| | | |
|---|---|---|
| f. | מְקוֹמְמוֹת | מְקוֹמְמָה |

Infin.

קוֹמֵם

Imper.

| | P. | S. |
|---|---|---|
| m. | קוֹמְמוּ | קוֹמֵם |
| f. | קוֹמֵמְנָה | קוֹמְמִי |

Futur.
Sing.

| | Fem. | Maſ. |
|---|---|---|
| 1 | com. | אֲקוֹמֵם |
| 2 | תְּקוֹמְמִי | תְּקוֹמֵם |
| 3 | תְּקוֹמֵם | יְקוֹמֵם |

| | | | | |
|---|---|---|---|---|
| | 2 תְּקוֹמְמוּ ) | | Plur. | |
| תְּקוֹמֵמְנָה ) | 3 יְקוֹמְמוּ | com. | | 1 נְקוֹמֵם |

## *De Conjugatione* Puhal.

| Infinit. | | Præter. | |
|---|---|---|---|
| | | Fem. Sing. | Maſc. |
| | קוֹמַם | קוֹמְמָה | 3 קוֹמַם |
| | | קוֹמַמְתְּ | 2 קוֹמַמְתָּ |
| Futur. Fem. Sing. | Maſc. | com. | 1 קוֹמַמְתִּי |
| com. | 1 אֲקוֹמַם | Plur. | |
| תְּקוֹמְמִי | 2 תְּקוֹמַם | com. | 3 קוֹמְמוּ |
| תְּקוֹמַם | 3 יְקוֹמַם | קוֹמַמְתֶּן | 2 קוֹמַמְתֶּם |
| Plur. | | | 1 קוֹמַמְנוּ |
| com. | 1 נְקוֹמַם | P. Partic. | S. |
| | 2 תְּקוֹמְמוּ | מְקוֹמָמִים | m. מְקוֹמָם |
| תְּקוֹמַמְנָה | 3 יְקוֹמְמוּ | מְקוֹמָמוֹת | f. מְקוֹמָמָה |

Sola prima vox cujuſque Temporis per terminationem Pathach differt a forma Activa; reliquæ omnes cum ea conveniunt; quæ caute ex ſenſu diſtinguendæ ſunt.

# CAPUT XXIV.

## *De Conjugatione* Hiphil, *& ejus Paſſiva* Hophal.

הֵקִים *ſuſcitavit.*

| | | Præter, Fem. Sing. | Maſ. |
|---|---|---|---|
| הֲקִימוֹת | 2 הֲקִימוֹתָ | | |
| com. | 1 הֲקִימוֹתִי | הֵקִימָה | 3 הֵקִים |
| | | | Plur. |

| | | | |
|---|---|---|---|
| | ( מְקִימָה | f. | |
| מְקִימוֹת | ( מְקִימֶת | | |
| | Infin. | | |
| הָקֵם | vel הָקִים | | |
| P. | Imper. | S. | |
| הָקִימוּ | הָקִים | m. | |
| הָקֵמְנָה | הָקִימִי | f. | |
| | Futur. | | |
| Fem. | Sing. | Maſ. | |
| com. | אָקִים | 1 | |
| תָּקִימִי | תָּקִים | 2 | |
| תָּקִים | יָקִים | 3 | |
| | Plur. | | |
| com. | נָקִים | 1 | |
| | ( תָּקִימוּ | 2 | |
| תָּקֵמְנָה | ( יָקִימוּ | 3 | |

| | | | |
|---|---|---|---|
| | Plur. | | |
| com. | | הֵקִימוּ | 3 |
| הֲקִימוֹתֶן | | הֲקִימוֹתֶם | 2 |
| com. | | הֲקִימוֹנוּ | 1 |
| | Alia forma | | |
| Fem. | Sing. | Maſ. | |
| הֵקִימָה | | הֵקִים | 3 |
| הֵקַמְתְּ | | הֵקַמְתָּ | 2 |
| com. | | הֵקַמְתִּי | 1 |
| | Plur. | | |
| com. | | הֵקִימוּ | 3 |
| הֲקַמְתֶּן | | הֲקַמְתֶּם | 2 |
| com. | | הֵקַמְנוּ | 1 |
| P. | Particip. | S. | |
| מְקִימִים | | מֵקִים | m. |

## *Annotationes*

### Ad Præteritum.

Deſinit quandoque in Tzere ; ut הֵפֵר *irritum fecit* ; & in Pathach , maxime propter gutturalem , ut הֵרַע *malefecit* : quæ terminationes reperiuntur etiam in Participio. Et Tzere ſub ה reſolvitur ſæpe in ChireK, & Daghes, ut הֵזִּילוּ *vilipendunt* : & Tzere ſub prima radicali loco Chirech, ut Exod. 19. 23. הַעֵדֹתָה *conteſtatus es* .

Ad

### Ad Infinitivum.

Præpoſita litera ſervili ל & ב extruditur aliquando characteriſtica ה, ut לָדִין *ad judicandum*, pro לְהָדִין. Verum & alias ſimpliciter eſt aphæreſis ה; ut גִּיל *exultare*, pro הָגִיל, quod frequens eſt etiam in Imperativo, ut שִׂים *pone* pro הָשִׂים.

### Ad Futurum.

Cum *Nun* Paragogico accentus ſedem ſuam mutat, ac propterea Kametz tranſit in Sceva, ut תְּחִילִין *paries*. Eſt & terminatio Tzere.

Accentu retracto, pro Tzere eſt Sægol, & ſub gutturali Pathach, ut וַתָּקֶם *& præſtitiſti:* וַיָּרַע *& malefecit*.

## *De Conjugatione* Hophal.

Infinit.

הוּקַם

Futur. Sing.

| Fem. | Maſ. | |
|---|---|---|
| com. | אוּקַם | 1 |
| תּוּקְמִי | תּוּקַם | 2 |
| תּוּקַם | יוּקַם | 3 |

Plur.

| Fem. | Maſ. | |
|---|---|---|
| com. | נוּקַם | 1 |
| ( | תּוּקְמוּ | 2 |
| תּוּקַמְנָה ( | יוּקְמוּ | 3 |

Præter.

| Fem. | Sing. Maſ. | |
|---|---|---|
| הוּקְמָה | הוּקַם | 3 |
| הוּקַמְתְּ | הוּקַמְתָּ | 2 |
| com. | הוּקַמְתִּי | 1 |

Plur.

| | | |
|---|---|---|
| com. | הוּקְמוּ | 3 |
| הוּקַמְתֶּן | הוּקַמְתֶּם | 2 |
| com. | הוּקַמְנוּ | 1 |

Partic.

| P. | S. | |
|---|---|---|
| מוּקָמִים | מוּקָם | m. |
| מוּקָמוֹת | מוּקָמָה | f. |

Vo-

Vocalis longa Surek per totam Conjugationem aliquando reſolvitur in brevem, & Daghes, ut הֻקַּם *conſtitutus eſt*.

## CAPUT XXV.

### *De Conjugatione* Hithpahel.

HÆc Conjugatio ſola ſyllaba הִתְ differt a Pihel. Eſt & hic altera forma Analoga, quæ in Pihel poſita, הִתְקַיֵּם, *inſurrexit*.

Præteri. הִתְקוֹמֵם, &c.

Partic. מִתְקוֹמֵם &c.

Infin. הִתְקוֹמֵם.

Imper. הִתְקוֹמֵם &c.

Futur. אֶתְקוֹמֵם &c.

## CAPUT XXVI.

### *De Verbis Quieſcentibus ultima radicali* א *& prima ipſorum Conjugatione* Kal.

TErtium genus Verborum Quieſcentium eſt, quorum tertia radicalis eſt א, ut plurimum in Kametz, vel Tzere quieſcens. Sæpe autem cum quarta Quieſcentium ה ſpecie formam commutant; ſicut & illa viciſſim non raro horum formam ſubeunt.

מָצָא *invenit*.

Præter.

| | | | | |
|---|---|---|---|---|
| | | Fem. | Sing. | Maſc. |
| מָצָאתְ Fem. | 2 מָצָאתָ | מָצְאָה | | 3 מָצָא |
| | 1 מָצָתִי | | | Plur. |

Plur.

3 מָצְאוּ com.

2 מְצָאתֶם מְצָאתֶן

1 מָצָאנוּ com.

P. Benoni S.

m. מוֹצֵא מוֹצְאִים

f. מוֹצְאָה מוֹצְאוֹת

P. Pahul S.

m. מָצוּא מְצוּאִים

f. מְצוּאָה מְצוּאוֹת

Infinit.

מָצוֹא מְצוֹא מְצוֹאת

P. Imper. S.

m. מְצָא מִצְאוּ

f. מִצְאִי מְצֶאנָה

Futur.

Maſ. Sing. Fem.

1 אֶמְצָא com.

2 תִּמְצָא תִּמְצְאִי

3 יִמְצָא תִּמְצָא

Plur.

1 נִמְצָא com.

2 תִּמְצְאוּ )

3 יִמְצְאוּ ) תִּמְצֶאנָה

## *Annotationes*

Ad Præteritum.

Nonnulla habent Tzere; ut יָרֵא *timuit*. Ad formam Quieſcentium ה eſt מָלוּ pro מָלְאוּ *impleverunt*.

Ad Participium.

Et in Sægol ad formam Quieſcentium ה; ut מוֹצֶא *inveniens*.

Ad Infinitivum.

Cum ה paragogico Cholem, ut in Verbis perfectis, mutatur, & transfertur; ut לְטַמְאָה *ad coinquinandum*.

Ad

Ad Imperativum.

Cum ה paragogico רְפָאָה *ſana*.
Ad formam Quieſcentium ה רְפָה *cura*.

## *De Conjugatione* Niphal.

נִמְצָא *inventus eſt*.

Infin.

הִמָּצֵא

| P. | Imper. | S. | |
|---|---|---|---|
| הִמָּצְאוּ | | הִמָּצֵא | m. |
| הִמָּצֶאנָה | | הִמָּצְאִי | f. |

Futur.

| Fem. | Sing. | Maſ. | |
|---|---|---|---|
| com. | | אֶמָּצֵא | 1 |
| תִּמָּצְאִי | | תִּמָּצֵא | 2 |
| תִּמָּצֵא | | יִמָּצֵא | 3 |
| | Plur. | | |
| com. | | נִמָּצֵא | 1 |
| תִּמָּצֶאנָה | ( | תִּמָּצְאוּ | 2 |
| | ( | יִמָּצְאוּ | 3 |

Præter.

| Fem. | Sing. | Maſ. | |
|---|---|---|---|
| נִמְצְאָה | | נִמְצָא | 3 |
| נִמְצֵאת | | נִמְצֵאתָ | 2 |
| com. | | נִמְצֵאתִי | 1 |
| | Plur. | | |
| com. | | נִמְצְאוּ | 3 |
| נִמְצֵאתֶן | | נִמְצֵאתֶם | 2 |
| com. | | נִמְצֵאנוּ | 1 |

Partic.

| P. | S. | |
|---|---|---|
| נִמְצָאִים | נִמְצָא | m. |
| נִמְצָאוֹת | נִמְצָאָה | f. |

### *Annotationes*

Ad Præteritum.

Ad formam Quieſcentium ה נִפְלֵיתִי pro נִפְלֵאתִי *admiratus ſum*.

Ad

### Ad Participium.

Vox feminina aliquando patitur contractionem ; ut נִפְלֵאת *occultata*, נִטְמֵאת *polluta*.

### Ad Infinitivum.

Daghes ejecto הֵרָפֵא *ſanari*.

## CAPUT XXVII.

## *De Conjugatione* Pihel, *& ejus Paſſiva* Puhal.

מִצֵּא *exhibuit*.

| | Imper. P. | Imper. S. |
|---|---|---|
| m. | מַצְּאוּ | מַצֵּא |
| f. | מַצֶּאנָה | מַצְּאִי |

Futur. Sing.

| | Fem. | Maſ. |
|---|---|---|
| 1 | com. | אֲמַצֵּא |
| 2 | תְּמַצְּאִי | תְּמַצֵּא |
| 3 | תְּמַצֵּא | יְמַצֵּא |

Plur.

| | Fem. | Maſ. |
|---|---|---|
| 1 | com. | נְמַצֵּא |
| 2 | ( | תְּמַצְּאוּ |
| 3 | תְּמַצֶּאנָה ( | יְמַצְּאוּ |

Præter.

| | Fem. Sing. | Maſ. |
|---|---|---|
| 3 | מִצְּאָה | מִצֵּא |
| 2 | מִצֵּאת | מִצֵּאתָ |
| 1 | com. | מִצֵּאתִי |

Plu.

| | Fem. | Maſ. |
|---|---|---|
| 3 | com. | מִצְּאוּ |
| 2 | מִצֵּאתֶן | מִצֵּאתֶם |
| 1 | com. | מִצֵּאנוּ |

Part.

| | P. | S. |
|---|---|---|
| m. | מְמַצְּאִים | מְמַצֵּא |
| f. | מְמַצְּאוֹת | מְמַצְּאָה |

Infin.

מַצֵּא



*An-*

## *Annotationes*

### Ad Præteritum.

Quædam deſinunt in Kametz ad formam Quieſcentium ה; ut דִּכָּא *contrivit*.

## *De Conjugatione* Puhal.

Quam pauciſſima hic uſitata reperiuntur. Cæterum forma ſolo Kibbutz ab Activa differt. Quare ſatis erit primas cujuſque Temporis voces tradere.
Præter. מֻצָּא &c. Infin. מֻצֵּאת vel מֻצּוֹא.
Partic. מְמֻצָּא &c. Futur. אֲמֻצָּא &c.

# CAPUT XXVIII.

## *De Conjugatione* Hiphil, *& ejus Paſſiva* Hophal.

הִמְצִיא *tradidit*.

Partic.

| P. | S. | |
|---|---|---|
| מַמְצִיאִים | מַמְצִיא | m. |
| מַמְצִיאוֹת | מַמְצִיאָה | f. |

Infinit.

הַמְצֵא vel הַמְצִיא

Imper.

| P. | S. | |
|---|---|---|
| הַמְצִיאוּ | הַמְצִיא | m. |
| הַמְצֶאנָה | הַמְצִיאִי | f. |

Præter.

| Fem. | Sing. Maſc. | |
|---|---|---|
| הִמְצִיאָה | הִמְצִיא | 3 |
| הִמְצֵאת | הִמְצֵאתָ | 2 |
| com. | הִמְצֵאתִי | 1 |

Plu.

| | | |
|---|---|---|
| com. | הִמְצִיאוּ | 3 |
| הִמְצֵאתֶן | הִמְצֵאתֶם | 2 |
| com. | הִמְצֵאנוּ | 1 |

Fut.

Futur.

Sing.

| | Fem. | Maſ. |
|---|---|---|
| 1 | com. | אַמְצִיא |
| 2 | תַּמְצִיאִי | תַּמְצִיא |
| 3 | תַּמְצִיא | יַמְצִיא |

Plur.

| | | |
|---|---|---|
| 1 | com. | נַמְצִיא |
| 2 | ( | תַּמְצִיאוּ |
| 3 | תַּמְצֵאנָה ( | יַמְצִיאוּ |

Sæpe א in fine deficit per totam Conjugationem ut הֶחֱטִי *ad peccandum induxit*, pro הֶחֱטִיא.

## *De Conjugatione Paſſiva* Hophal.

הָמְצָא *traditus eſt*.

Præter.

Sing.

| | Fem. | Maſ. |
|---|---|---|
| 3 | הָמְצְאָה | הָמְצָא |
| 2 | הָמְצֵאת | הָמְצֵאתָ |
| 1 | com. | הָמְצֵאתִי |

Plu.

| | | |
|---|---|---|
| 3 | com. | הָמְצְאוּ |
| 2 | הָמְצֵאתֶן | הָמְצֵאתֶם |
| 1 | | הָמְצֵאנוּ |

Partic.

| | P. | S. |
|---|---|---|
| m. | מָמְצָאִים | מָמְצָא |
| f. | מָמְצָאוֹת | מָמְצָאָה |

Inf.

הָמְצֵא & הָמְצֵאת

Fut.

Sing.

| | Fem. | Maſ. |
|---|---|---|
| 1 | com. | אָמְצָא |
| 2 | תָּמְצְאִי | תָּמְצָא |
| 3 | תָּמְצָא | יָמְצָא |

Plur.

| | | |
|---|---|---|
| 1 | com. | נָמְצָא |
| 2 | ( | תָּמְצְאוּ |
| 3 | תָּמְצֶאנָה ( | יָמְצְאוּ |

# CAPUT XXIX.

## *De Conjugatione* Hithpahel.

הִתְמַצֵּא *inventus eſt.*

**Inf.**

הִתְמַצֵּא

**Imp.**

| | S. | P. |
|---|---|---|
| m. | הִתְמַצֵּא | הִתְמַצְּאוּ |
| f. | הִתְמַצְּאִי | הִתְמַצֵּאנָה |

**Fut.**

Sing.

| | Maſ. | Fem. |
|---|---|---|
| 1 | אֶתְמַצֵּא | com. |
| 2 | תִּתְמַצֵּא | תִּתְמַצְּאִי |
| 3 | יִתְמַצֵּא | תִּתְמַצֵּא |

Plu.

| | Maſ. | Fem. |
|---|---|---|
| 1 | נִתְמַצֵּא | com. |
| 2 | (תִּתְמַצְּאוּ | תִּתְמַצֵּאנָה |
| 3 | (יִתְמַצְּאוּ | |

**Præter.**

Sing.

| | Maſ. | Fem. |
|---|---|---|
| 3 | הִתְמַצֵּא | הִתְמַצְּאָה |
| 2 | הִתְמַצֵּאתָ | הִתְמַצֵּאת |
| 1 | הִתְמַצֵּאתִי | com. |

Plu.

| | Maſ. | Fem. |
|---|---|---|
| 3 | הִתְמַצְּאוּ | com. |
| 2 | הִתְמַצֵּאתֶם | הִתְמַצֵּאתֶן |
| 1 | הִתְמַצֵּאנוּ | com. |

**Parti.**

| | S. | P. |
|---|---|---|
| m. | מִתְמַצֵּא | מִתְמַצְּאִים |
| f. | מִתְמַצְּאָה | מִתְמַצְּאוֹת |

# CAPUT XXX.

## *De Quieſcentibus tertia radicali* ה, *& prima eorum Conjugatione* Kal.

ULtima ſpecies Verborum Quieſcentium eſt, quorum ultima radicalis eſt litera ה, vel quieſcens in vocali longa, vel in Jod, aut Vau mutata, vel penitus abjecta.

Habent præterea hæc Verba in ſingulis fere Temporibus cujuſque Conjugationis terminationem propriam

priam a communi Analogia diſcrepantem. Præteritum enim definit in Kametz: Participium (excepto Pahul Kal) & Futurum in Sægol. Imperativus in Tzere. Infinitivus in Cholem, aut וֹת.

Non raro etiam Quieſcentium tertia א formam aſſumunt.

Denique accidit Imperativo (exceptis Kal, & Niphal) & Futuro Apocope, quæ varia in ſingulis Conjugationibus eſt.

גָּלָה *migravit*.

Inf.

גָּלֹה גְּלֹה גָּלוֹת גְּלוֹת

גָּלוֹ

| P. | Imp. | S. |
|---|---|---|
| גְּלוּ | | m. גְּלֵה |
| גְּלֶינָה | | f. גְּלִי |

Fut.

| Fem. | Sing. | Maſc. |
|---|---|---|
| com. | | 1 אֶגְלֶה |
| תִּגְלִי | | 2 תִּגְלֶה |
| תִּגְלֶה | | 3 יִגְלֶה |
| | Plur. | |
| com. | | 1 נִגְלֶה |
| | | 2 תִּגְלוּ ) |
| תִּגְלֶינָה | | 3 יִגְלוּ ) |

Præter.

| Fem. | Sing. | Maſc. |
|---|---|---|
| גָּלְתָה | | 3 גָּלָה |
| גָּלִית | | 2 גָּלִיתָ |
| com. | | 1 גָּלִיתִי |
| | Plur. | |
| com. | | 3 גָּלוּ |
| גְּלִיתֶן | | 2 גְּלִיתֶם |
| com. | | 1 גָּלִינוּ |
| P. | Benonì | S. |
| גּוֹלִים | | m. גּוֹלֶה |
| גּוֹלוֹת | | f. גּוֹלָה |
| P. | Pahul | S. |
| גְּלוּיִם | | m. גָּלוּי |
| גְּלוּיוֹת | | f. גְּלוּיָה |

## *Annotationes*

Ad Præteritum.

Jod e medio ſæpe excidit tum hic, tum in aliis Conjugationibus; ut וְהָיִתָ *& eris*, pro הָיִיתָ.

Aliquando exprimitur litera radicalis ה, ut תָּמְהוּ *admirati ſunt*, pro תָּמוּ: nonnunquam etiam mutatur in Jod, ut נָטְיוּ *extenderunt*, pro נָטוּ.

Ex forma Quieſcientium tertia א eſt 2. Sam. 21. 12. תְּלָאוּם *ſuſpenderunt eos*.

Ad Participium.

Et cum א loco ה, ut נֹשֵׁא *exigens*.

Ad Futurum.

Et in Tzere ex terminatione Imperativi, vel potius forma Chaldaica; ut תַּעֲשֵׂה *facies*.

Apocopa hic varie fit.

1. Cum literæ characteriſticæ propriam retinent vocalem, & Sægol ultimæ ſyllabæ ad primam radicalem recedit, abjecto ה, fitque vox penacuta: ut יֶגֶל *migrabit*, pro יִגְלֶה: quod ſi prima, aut ſecunda erit gutturalis, pro Sægol eſt Pathach; ut יִמַח *delebit* pro יִמְחֶה: & quandoque etiam ſub formativis pro Chirek eſt Pathach; ut תַּעַשׂ *facies*, pro תַּעֲשֶׂה.

2. Quando literæ formativæ Futuri habent Tzere; ut יֵרֶא *videbit*, pro יֵרָאֶה.

3. Cum literæ characteriſticæ habent Chirek, vel Tzere, & vox deſinit in duplex Sceva; ut יֵרְדְּ *dominabitur*, pro יִרְדֶּה: יִשְׁבְּ *captivam faciet*, pro יִשְׁבֶּה: & propter gutturalem loco prioris Sceva eſt Pathach; ut יִחַדְּ *gaudebit* pro יִחְדֶּה: & propter א finale abjicitur ultimum Sceva; ut וַיַּרְא *& vidit*.

4. Ver-

4. Verba הָיָה, & חָיָה ſub formativis recipiunt Sceva, ſequente ChireK: ut יְהִי *erit*, pro יִהְיֶה, יְחִי *vivet* pro יִחְיֶה.

5. Verba Deficientia פ״ן retinent unicam radicalem; ut תֵּט pro תִּטֶּה *tendes*, a נָטָה.

## *De Conjugatione* Niphal.

נִגְלָה *tranſportatus eſt*.

**Inf.**

| | |
|---|---|
1. ALter Nominativus eleganter in Accuſativum convertitur cum præpoſitione ב *in*, vel *inter*; Pſal. 118. 7. יְהוָה לִי בְּעֹזְרָי *Deus mihi in auxiliatoribus meis*, ideſt, *auxiliator meus*. Hoc ſolemne eſt etiam Latinis: *in meis intimis*, *maximeque neceſſariis ſcias eſſe*, apud Ciceronem.

2. Nomina ſubſtantiva pro adjectivis poſita cum Verbo ſubſtantivo ſive expreſſo, ſive intellecto, vim habent ſuperlativi. Geneſ. 12. 2. וֶהְיֵה בְּרָכָה & *eſto benedictio*; ideſt *ſumme benedictus*.

3. Aliquando hoc Verbum regit Accuſativum cum præpoſitione ל, quæ Latine reddi poteſt per *in*, vel *loco*, *vice*, aut *pro*: Exod. 2. 10. וַיְהִי לָהּ לְבֵן *& fuit illi in filium*, vel *loco filii*. Et hoc genere loquendi ſæpe notatur unius rei in aliam converſio. Exod. 4. 9. וְהָיוּ לְדָם *& ſint in ſanguinem*; hoc eſt, *convertantur in ſanguinem*. Quæ locutio exprimitur etiam per Verba נָתַן, & שׂוּם: Jer. 9. 11. וְנָתַתִּי

וְנָתַתִּי אֶת-יְרוּשָׁלִַם לְגַלִּים & *dabo*, ideſt, *redigam Jeruſalem in acervos*.

4. Habendi ſignificatione uſurpatum Dativum perſonæ admittit. Num. 20. 2. וְלֹא הָיָה מַיִם לָעֵדָה & *non erat aqua cætui*.

5. Eodem modo adhibetur Verbum יֵשׁ *eſt*. Geneſ. 44. 19. הֲיֵשׁ לָכֶם אָב אוֹ אָח *eſtne vobis pater, aut frater?* הֲיֵשׁ-לָכֶם מָעוֹת *ſuntne vobis nummi?*

## CAPUT V.

### *De Syntaxi Verbi Infiniti.*

1. Cum duo Verba ſeſe mutuo regunt, alterum ſemper modi Infinitivi eſt; in qua ſtructura id peculiare Hebræis eſt, quod Verbum finitum eleganter non raro per adverbium explicatur, ac pro eo ponitur; infinitum vero finiti vicem ſubit, Pſal. 126. 2. הִגְדִּיל יְהוָה לַעֲשׂוֹת עִם אֵלֶּה *magnificat Dominus facere cum illis*; ideſt *magnifice facit*.

2. Quodvis Verbum finitum regere poteſt ſuum infinitum ad majorem certitudinem, & evidentiam & infinitum plerumque præcedit. Geneſ. 2. 16. מִכֹּל עֵץ הַגָּן אָכֹל תֹּאכֵל *ex omni ligno horti comedendo comedes*; hoc eſt, *libere, prorſus comedes*. Ut autem hæc locutio, quando affirmativa eſt, efficacius affirmat, ita addita negatione vehementius negat. Geneſ. 3. 4. לֹא מוֹת תְּמֻתוּן *non moriendo moriemini*, nempe, *plane, nullo modo moriemini*. Quod ſi Infinitivus ſequatur, tunc actionis continuatio denotatur.

Joſ.

Joſ. 24. 10. וַיְבָרֶךְ בָּרוּךְ אֶתְכֶם *& benedixit benedicendo vobis*; ſcil. *ſine intermiſſione benedixit vobis*.

3. Latinorum Accuſativus ante Verba infinita in hac lingua rariſſimus eſt; communiter hujuſmodi locutiones efferuntur per Nominativum cum Verbo finito, addita conjunctione כִּי, אֲשֶׁר, שֶׁ. Geneſ. 3. 11. מִי הִגִּיד לְךָ כִּי עֵרוֹם אַתָּה; *quis indicavit tibi, te nudum eſſe?* Aliquando hujuſmodi conjunctiones deſiderantur. Pſal. 9. 21. יֵדְעוּ גוֹיִם אֱנוֹשׁ הֵמָּה *cognoſcent gentes* ( quod ) *homo ſint*.

4. Literis ſervilibus בכלם *bachlam* additis Infinitivo, formantur Latinorum Gerundia, ablativi abſoluti, conjunctiones cauſſales &c. & quidem ב facit Gerundium in *do*, & eſt temporis, explicaturque per *dum*, *quando*, vel *per Ablativum abſolutum*; ut Pſal. 102. 23. בְּהִקָּבֵץ עַמִּים *congregantibus ſe populis*, vel *cum congregarentur populi*. כ explicatur per *quando*, *poſtquam*, vel *per Ablativum abſolutum*. Geneſ. 27. 34. כִּשְׁמֹעַ עֵשָׂו אֶת-דִּבְרֵי אָבִיו *cum audiret Eſau verba patris ſui*; vel *audiente Eſau verba patris ſui*. ל facit Gerundium in *dum*, quandoque etiam Gerundium in *di*. Eccleſ. 3. 5. עֵת לְהַשְׁלִיךְ אֲבָנִים *tempus projiciendi lapides*. מ tandem facit Gerundium in *do*, & fere negative ſumitur, explicaturque per *ne*; 1. Sam. 8. 7. אֹתִי מָאֲסוּ מִמְּלֹךְ עֲלֵיהֶם *me ſpreverunt a regnando ſuper eos*; ideſt, *ne regnem ſuper eos*.

Obſerva literas כלב *Calev* ſæpe extrudere ה characteriſticum Infinitivi Niphal, & Hiphil; & ejus vocalem literam ſuſcipere; ut לֵרָאוֹת *ad comparendum*

pro לְהֵרָאוֹת ; בַּשְׁמִיר, *in diſperdendo* pro בְּהַשְׁמִיר.

## *Appendix.*

Enallage Verbi infiniti varia eſt:

1. Pro Præterito. Ezech. 1. 14. וְהַחַיּוֹת רָצוֹא וָשׁוֹב: *animalia currere, & redire;* ideſt, רָצוּ וְשָׁבוּ *currebant, & redibant.*

2. Pro Participio. Geneſ. 8. 5. וְהַמַּיִם הָיוּ הָלוֹךְ וְחָסוֹר *& aquæ erant eundo, & deficiendo;* ſcilicet הוֹלְכִים וְחָסְרִים *euntes, & deficientes.*

3. Pro Imperativo. Exod. 20. 8. זָכוֹר אֶת־יוֹם הַשַּׁבָּת *recordari diei Sabbathi,* hoc eſt, זְכוֹר *recordare.*

4. Pro Futuro. Ezech. 11. 7. וְאֶתְכֶם הוֹצִיא מִתּוֹכָהּ *& vos educere ex medio ejus;* pro אוֹצִיא *educam.*

5. Pro Nomine. Pſal. 101. 3. עֲשֹׂה סֵטִים שָׂנֵאתִי *facere declinantium odi;* pro מַעֲשֶׂה *opus.*

Sæpe ante Infinitum eſt ellipſis Verbi finiti, aut adjectivi, quod Infinitum regat: Judi. 1. 12. כִּי לֹא לְהוֹרִישׁ אֶת־יֹשְׁבֵי הָעֵמֶק *quoniam non ad expellendum habitatores vallis;* ſcil. *non poterat expellere;* cujus generis apud Latinos, *ſolvendo non ſum.*



Digitized by Google

# CAPUT VI.

## *De Syntaxi Adverbiorum.*

ADverbia ſunt in duplici claſſe ; alia dicuntur *inſeparabilia* , alia *ſeparata* . *Inſeparabilia* ſunt כְּשֶׁ, כ, ה.

ה Admirationi inſervit, & interrogationi ; præfigiturque vocibus fere cum Cateph Pathach ; ante Sceva tamen habet ſimplex Pathach ; ſequente autem gutturali vocali Kametz notata, gaudet Sægol. Joel. 1. 2. הֶהָיְתָה זֹּאת *num fuit hoc?*

כ Nota ſimilitudinis notatur cum Sceva , & ante Nomina excludit communiter articulum ה, & ſuſcipit ejus vocalem. Quando autem duæ res ex æquo comparantur, præfigitur utrique voci כ, ita ut prius protaſim, alterum apodoſim ſimilitudinis ſignificet . Jeſ. 24. 2. כָעָם כַּכֹּהֵן *ſicut populus, ita Sacerdos.*

כְּשֶׁ Daghes poſt ſe requirit ; explicaturque per *quando*, *cum*. Eccl. 10. 3. כְּשֶׁסָּכָל הֹלֵךְ *cum ſtolidus ambulat.*

## *Separata.*

Adverbiorum negandi, & Temporis Syntaxis præcipue obſervanda eſt.

1. אֵין Participio tantum jungitur . Exod. 5. 15. תֶּבֶן אֵין נִתָּן *palea nulla eſt data.*

2. אַיִן adhibetur in oratione elliptica : ut Geneſ. 30. 1. וְאִם אַיִן מֵתָה אָנֹכִי *ſin minus, morior ego.*

3. אל

3. אַל Futuro convenit. Prov. 23. 4. אַל תִּיגַע *ne labores*.

4. בַּל jungitur Præterito & Futuro. Prov. 9. 13. וּבַל יָדְעָה מָּה *& non ſcis quidquam*.

5. בְּלִי Præterito & Futuro. Jeſ. 14. 6. בְּלִי חָשָׂךְ *non cohibuit*.

6. לֹא omnibus Temporibus additur:

7. פֶּן Futuro tantum. Geneſ. 3. 22. פֶּן יִשְׁלַח *ne forte extendat*.

8. אַחַר, vel אַחֲרֵי cum Præterito, & Futuro uſurpatur; quibus aliquando pleonaſtice additur vocula כֵּן. Geneſ. 15. 14. וְאַחֲרֵי כֵן יֵצְאוּ *& poſtea egrediuntur*: additum Infinitivo ſignificat *poſtquam*; Geneſ. 5. 4. אַחֲרֵי הוֹלִידוֹ אֶת-שֵׁת *poſtquam genuit ille Sethum*.

9. טֶרֶם Futuro & Præterito. Geneſ. 24. 15. טֶרֶם כִּלָּה לְדַבֵּר *antequam deſiiſſet loqui*.

## CAPUT VII.

*De præpoſitionibus* בכלם, bachlam *& literis Paragogicis* אהוין, evehin.

CUm nulla ſit caſuum certa nota apud Hebræos, quemnam caſum potiſſimum ſingulæ Linguæ Sanctæ præpoſitiones regant, haud dici poteſt. Quare uſum ſolummodo quatuor inſeparabilium בכלם *bachlam*

*thlam* hic notabimus, qui quod ad punctationem varius eſt.

מ Pingitur cum ChireK ſequente Daghes: eſt enim loco מִן: unde in locum Nun abjecti ſuccedit Daghes: quod ex gutturalibus excidens, per Tzere compenſatur: aliquando tamen excidit Daghes ſine ulla compenſatione. Ante Jod autem Sceuatum fit craſis, Daghes, & Sceva euphoniæ cauſſa ſublatis; ut מִידֵי *e manibus*,

בכל gaudent Sceva, aut ChireK ſequente alio Sceva; aut gutturalibus obſequuntur; & ſæpe extrudunt articulum ה, ejuſque vocalem ſuſcipiunt; ut כַּדָּבָר *ſecundum verbum* pro כְּהַדָּבָר, בַּשָּׁמַיִם; *in cælis* pro בְּהַשָּׁמַיִם. Suſcipiunt etiam aliquando ſyllabam expletivam מוֹ, maxime in libris Poeticis, Job. 37. 8. בְּמוֹ אֶרֶב *in inſidiis*. Cæterum ל ante monoſyllaba, & biſyllaba penacuta amat ut plurimum Kametz: ut לָלֶכֶת *ad eundum*.

Eſt etiam alia præpoſitio Inſeparabilis, quæ Nominibus a fine apponitur; eſtque ה notans terminum *ad quem*, habetque ante ſe Kametz, & vocem conſtituit penacutam: ut סְדֹמָה *Sodomam verſus*: אַרְצָה *terram verſus*.

## *Literæ Paragogicæ*.

Sunt quinque אהוין *ehevin*, quæ tum Nominibus, tum Verbis ſolius euphoniæ cauſſa a fine adduntur; ut apud Latinos ſyllaba *er* in *amarier*.

א Paucis additum reperitur.

ה Ap-

ה Apponitur primo Futuro, Imperativo, & Infinitivo, ut לִפְקֹדָה *ad viſitandum*: ſecundo Pronominibus, quæ deſinunt in ם, ן, & ךְ; ut הֵמָּה *illi*: יָדְכָה *manus tua*. Exod. 13. 16. tertio dictionibus in Kametz finitis, ut פָּקַדְתָּה *viſitaſti*.

ו Raro redundat; ut חַיְתוֹ *beſtia*.

י Primo redundat in Nominibus adjectivis femin. ut מְלֵאָתִי pro מְלֵאָה *plena*. Secundo in Benonì, & Pahul; ut יוֹשְׁבִי *ſedens*, pro יוֹשֵׁב. Tertio in affixis femin. Pſal. 103. 3. עֲוֹנֵכִי *iniquitas tua* pro עֲוֹנֵךְ. Quarto, ſed raro, in Nominibus ſubſtantivis, ut 1. Samuel. 20. 38. חֵצִי *ſagitta* pro חֵץ.

נ Apponitur tertiæ perſonæ plu. Præteriti & ſecundæ, & tertiæ plu. Futuri; ut יָדְעוּן *ſciverunt*; תִּשְׁמְרוּן *cuſtodietis*.

# CAPUT VIII.

## *De Conjunctionibus* ו, *&* אִם.

וָו חִבּוּר *Vau chibbùr*, *Vau copulativum* præponitur omnibus vocibus proprie cum Sceva; ante gutturalem communem ſequitur doctrinam. Ante literas בומף *bumaph*, & ante alterum Sceva amat Surek, ut וּמֹשֶׁה *& Moyſes*: וּשְׁמַרְתֶּם *& cuſtodietis*: hoc autem Vau SureK ſtat pro Vocali brevi, ſcilicet ChireK; unde Sceva ſequens non legitur: ante הָ, & חָ cum Sceva in

in Verbis הָיָה, & חָיָה habet ChireK: ut וִהְיִיתֶם & *eritis*, וִחְיִיתֶם & *vivetis*.

Si duo Nomina copulet, quorum poſterius ſit monoſyllabum, aut biſyllabum penacutum, notatur cum Kametz, etiam ante literas בומף: Jeſ. 24. 17. פַּחַד וָפַחַת *pavor, & fovea*.

אִם *Si* conditionalis ellipticum dicendi genus efficit in juramentis, quod notandum eſt, inducitque figuram, quam Rhetores Apoſiopeſim appellant. Reticet enim profanas illas Ethnicorum imprecationes, *peream*, *diſpeream*, & alias id genus, a quibus Linguæ Hebraicæ ſanctitas abhorret. Et quidem hæc conditionalis ſimpliciter poſita negat, addita negatione affirmat. Gen. 14. 23. אִם מִחוּט וְעַד רוֹךְ נַעַל וְאִם אֶקַּח מִכָּל־אֲשֶׁר לָךְ *ſi a filo uſque ad corrigiam calceamenti, & ſi accepero de omni, quod tibi eſt*: ideſt, *abſit, ut ego accipiam, peream, ſi accepero*; nempe, *juro, me nihil accepturum ex omnibus, quæ tibi ſunt* &c. Jeſ. 14. 24. נִשְׁבַּע יְהוָה אִם לֹא כַּאֲשֶׁר דִּמִּיתִי כֵּן הָיָתָה *juravit Dominus, ſi non, ſicut cogitavi, ſic fiet*: ideſt, *peream, ſi non erit, ut cogitavi*; quod valet, *juro, ita futurum, ut cogitavi*. Sic Marc. 8. 12. Αμὴν λέγω ὑμῖν, εἰ δοθήσεται τῇ γενεᾷ ταύτῃ σημεῖον, *amen dico vobis, ſi dabitur genti iſti ſignum*. Aliquando tamen addita negatione magis, magiſque negat, ut Exod. 22. 8. אִם לֹא שָׁלַח יָדוֹ, *ſi non miſit manum ſuam*, ideſt, *juravit, ſe non miſiſſe*.

Et hæc ſatis de ſoluta oratione; nunc ad ligatam, certoque metro, ac ſyllabarum numero concluſam.

De

## *De Proſodia Metrica Hebræorum.*

ANtiquam Prophetarum Poeſim nimium turpiter obliti Rabbini, novam ſuis punctis accommodatam excogitarunt, certo ſyllabarum numero, & quantitate, certaque pedum dimenſione conſtantem.

Ac quidem numeri Poetici partes duæ ſunt, metrum, & Rhythmus.

### *De Metro.*

Metrum eſt, quod certum ſyllabarum numerum tantum, vel certæ menſuræ pedes certis locis collocatos ſimul continet.

Ejus partes duæ ſunt, quæ Græco vocabulo hemiſtichia dici poſſunt; ex quibus ſinguli Hebraici verſus conſtant ad normam Elegiarum apud Latinos; ita ut prius hemiſtichium reſpondeat Hexametro, poſterius Pentametro.

Prima pars, ſive prius hemiſtichium Hebraice dicitur דֶּלֶת, vel דָּלֶת *Oſtium*, quaſi ſit ingreſſus metri: alterum סֹגֵר *clauſula*, quia carmen concludit. Utrumque autem conjunctum vocant בַּיִת *domum*, quaſi perfectam metri ſtructuram, & ædificium, quod nos Diſtichon appellare poſſumus.

Porro metrum, quod ſolo ac certo ſyllabarum numero conſtat, eſt, quando utrumque hemiſtichium nulla ſervata ſyllabarum quantitate, nec rhythmo, vel pari Syllabarum numero componitur, vel alterutrum numero excedit; ut ſunt Poemata ſacra *Jobi*, *Pſalmorum*, ac *Proverbiorum*: quæ carminis ratio cum occculta quadam, ac penitus ignota accentuum diſpoſitione conficeretur, jamdiu exolevit, & neglecta eſt.

Altera autem metri ſpecies, quæ certæ menſuræ pe-

pedes habet, populari uſu magis exculta fuit; atque de ea tantum nos hic verba facimus.

Pes igitur duplex eſt; תְּנוּעָה *motio*, & conſtat una ſyllaba longa; (quem ſemiſpondeum dicere poſſumus) ut לוֹ *illi:* & יָתֵד *clavus*, conſtans duabus ſyllabis, una brevi & altera longa, ut Latinorum *Jambus;* לְךָ *tibi*.

Ex his duobus pedibus תְּנוּעָה, & יָתֵד varie permixtis quatuor alii fiunt pedes: ſcil. *ſpondeus* ex תְּנוּעָה continuo repetito, ut סֵפֶר *liber; Moloſſus*, quando תְּנוּעָה ter repetitur; ut כַּפַּיִם *manus. Creticus* conſtans *Tenuah*, & *Jathed*, ut עַבְדְּךָ *ſervus tuus;* & tandem *Bacchius* ex *Jathed*, & *Tenuah;* ut דְּבָרִים, *verba*.

Syllabam longam efficiunt vocales quinque tam breves, quam longæ: brevem vero quatuor vocales breviſſimæ.

Sed de ſyllaba brevi obſervandum eſt:

1. ו Initio dictionis, non ſequente Sceva, breve eſſe; ponitur enim loco Sceva; ut וּמָה *& quid*. Sequente autem Sceva eſſe longum; quia adhibetur pro ChireK vocali longa: ut וּשְׁמוֹ, *& nomen ejus*.

2. Metri cauſſa Sceva poſt vocalem longam poteſt quieſcere, ſi ſyllaba brevi opus non habeas, & poſt vocalem brevem poteſt legi, ſi ſyllaba brevis neceſſaria ſit; ut מֹאזְנֶךָ *lances tua*, תִּהְיֶה *eris*. A princi-

pio

pio autem dictionis, & in media voce poſt alterum Sceva abſorberi nequit.

3. Sceva compoſitum in media dictione, quod per ſe ſemper mobile eſt, in ſimplex, & *ἄφωνον* reſolvi poteſt; ut נַעְשָׂה pro נַעֲשָׂה, *factum eſt*.

## *De Rhythmo*.

*Rhythmus* eſt numerus Poeticus certum ſyllabarum numerum certis clauſulis terminatum continens, qui Hebræis dicitur, חֶרֶז, & inde שִׁיר חֲרוּזִי *carmen Rhythmicum*. Fit autem tribus modis.

1. Solæ literæ ſimplices, ſive una, ſive plures, nulla habita punctorum ratione, conveniunt; ut דָּבָר *verbum*, דֶּבֶר *peſtis*, & hujuſmodi rhythmus dicitur שִׁיר עֹבֵר *carmen tranſiens*, ideſt, quod ferri poteſt, etſi parum habeat elegantiæ.

2. Fines verſuum duabus literis, & punctis ſibi reſpondent: ut לִשְׁמֹר *ad cuſtodiendum*, לִגְמֹר *ad perficiendum*: & hujuſmodi carmen vocatur, שִׁיר רָאוּי *carmen conveniens*, & eſt uſitatiſſimum.

3. Tribus literis; ut דְּבָרִים *verba*, גְּבָרִים *viri*: & id genus carmen appellatur שִׁיר מְשֻׁבָּח *carmen laudabile*.

In his Rhythmi modis ex literis, & vocalibus, quæ pronunciatione, & ſono affines ſunt, una pro alia aliquando ponitur; hinc iſtæ ſyllabæ, בָּא, וָא, פָּא Rhythmum efficiunt in canticis Eliæ: quamquam hic rhythmus vitioſus a Buxtorphio habetur. In vocalibus vero id magis licitum videtur: quare Tzere optime reſpondet Sægol, Cholem Vau SureK, Pathach

thach Kametz &c. Bonus tamen Poeta etiam ab hujuſmodi rhythmo facile abſtinebit.

Sed jam videndum eſt, quibus locis Rhythmus adhiberi ſoleat.

1. Igitur bina quæque hemiſtichia eodem rhythmo claudi poſſunt.

2. Omnium omnino hemiſtichiorum finis poteſt eſſe idem; & hujuſmodi carmen proprie dicitur שִׁיר חֲרוּזִי *carmen Rhythmicum*.

3. Secundum quodque hemiſtichium eodem ſemper rhythmo terminari poteſt, nulla plane habita rhythmi ratione in primo.

4. Primo hemiſtichio poteſt reſpondere rhythmo tertium, ſecundo quartum.

5. Bina quæque hemiſtichia quatuor membris incidi poſſunt, quorum tria priora ſemper eodem rhythmo abſolvantur, quartum vero peculiarem rhythmum ſibi vendicet in toto carmine ſimilem: & hujuſmodi carmen dicitur שִׁיר מְחֻלָּק *carmen diviſum*.

## *De Carmine Simplici, & Compoſito.*

שִׁיר פָּשׁוּט *carmen ſimplex*, quod & מְרֻבָּע *quadratum* appellatur, octo conſtat *Tenuoth*, ſive quatuor *ſpondeis*, & unius eſt tantum generis: ut

צַדִּק תָּמִים     מָלֵא אֵמִים

מֵאִישׁ דָּמִים     עֲללָא פֶּשַׁע

*Juſtus, integer repletus eſt terroribus a viro ſanguinolento, ſine iniquitate.*

Obſerva bina hemiſtichia in quatuor membra inciſa ſecundum quintam Rhythmi rationem ſuperius traditam.

K     Com-

*Compoſitum* מֻרְכָּב carmen eſt, quod ex omnibus pedibus ſimul mixtis conficitur: eſtque quadruplex, *Hexametrum*, *Pentametrum*, *Tetrametrum*, & *Trimetrum*.

*Hexametrum* ſex pedibus conſtat: & hujus quinque ſunt ſpecies.

1. Conſtat ex ſpondeo, jambo, duplici ſpondeo, & jambo, & ſpondeo: ut

זְכֹרִי וְהִנָּקִי מִכָּל־בְּדִילָיִךְ

*Recordare, & munda te ab omni ærugine tua.*

2. Ex ſpondeo, & jambo alternatim ter poſitis: ut

גֶּבֶר אֲשֶׁר תָּבֹא לְהִתְפַּלֵּל לְבֵית

*Vir, qui venis ad orandum in domum.*

3. Conficitur ex ſpondeo, bacchio, jambo, ſpondeo, jambo, ſpondeo: ut

צִיּוֹן הֲלֹא תִשְׁאֲלִי לִשְׁלוֹם אֲסִירָיִךְ

*Sion annon requires pacem vinctorum tuorum?*

4. Ex ſpondeo, jambo, ſpondeo gemino, jambo, ſpondeo: ut

לִבִּי מְאֹד יֶהֱמֶה כָּל־יוֹם וְלֹא יִשְׁקוֹט

*Cor meum valde tumultuatur quotidie, nec quieſcit.*

5. Ex bacchio, jambo, ſpondeo, bacchio, jambo, ſpondeo: ut

אֱמֶת אֵל אֱמֶת אַתָּה וְאִם לֹא רְאִיתִיךְ

*In veritate Deus veritatis es, etſi non viderim te.*

Pentametrum quinque habet dimenſiones; cujus plures recenſentur a Rabbinis ſpecies; nos uſitatiores dabimus quinque.

1. Species conficitur ex jambo, ſpondeo gemino, jambo, & ſpondeo: ut



Digitized by Google

בְּעֵת תִּהְיֶה דַיָּן שְׁפוֹט צֶדֶק

*Tempore, quo fueris judex, judica juſte.*

2. Ex ſpondeo, jambo, ſpondeo, jambo, ſpondeo; ut

הַשְׂכֵּל וְיָדוֹעַ אָשׁוּ נִכְחִי

*Intellectum, & ſcientiam diſponam coram me.*

3. Ex ſpondeo, jambo, ſpondeo, jambo, moloſſo; ut

אֶשָּׂא לְבָבִי נָא אֱלֵי כַּפַּיִם

*Levabo cor meum nunc cum manibus.*

4. Ex ſpondeo, jambo, duplici ſpondeo, & bacchio; ut

כִּי אֶשְׁמְרָה שַׁבָּת אֵל יִשְׁמְרֵנִי

*Cum cuſtodiam Sabbatum, Deus cuſtodiet me.*

5. Ex jambo, ſpondeo, jambo, ſpondeo, & bacchio; ut

וְהָאֵל הַמְקַבֵּל הַתְּפִלּוֹת

*O Deus, qui ſuſcipis preces.*

Tetrametron quatuor conſtat pedibus: duæ ejus dantur ſpecies.

1. Conſtat ſpondeo, jambo, & duplici ſpondeo; ut

אֵלֶּה מְלָכִים הָעֲשָׂרָה

*Illi Reges decem.*

2. Alternis jambo, & ſpondeo; ut

אֲנִי אֲגַלֶּה שָׁלֹשׁ אֵלֶּה

*Ego revelabo tria illa.*

Trimetrum tres habet dimenſiones: ſcilicet jambum, & duplicem ſpondeum; & quaternis membris

 fere

fere ſemper inciditur, ſervata communi Rhythmi ratione: ut

מְאוֹר נַפְשִׁי תִּגְעַל לְכָל־אַנְשֵׁי מַעַל

בְּמָכְרָם נַפְשָׁם עַל צְרוֹרוֹת כַּסְפֵּיהֶם

*Valde anima mea faſtidit omnes homines prævaricationis,*

*Cum vendant animas ſuas pro loculis pecuniarum ſuarum.*

Tandem datur alia ſpecies carminis compoſiti, שִׁיר מְחֻלָּק *carmen inciſum*, quod excellens, & varium eſt. Conſtat enim

vel ex duobus ſpondeis; ut

יוֹפִי זוֹהַר *pulchritudo Zohar.*

vel ex duobus Bacchiis; ut

אֱנוֹשׁ חָשׁ לְרָעִים *homo ſollicitus malorum.*

vel ex duobus Creticis; quod rude, & inelegans eſt, ut

אֶדְרְשָׁה חַסְדְּךָ *requiro benignitatem tuam.*

Sic quoque fuit hodierna Hebræorum Poeſis in varias, ac multiplices rationes transformata: qui plura deſiderat, adeat Theſaurum Buxtorphii, R. Moſce Scem Tov, R. Eliam, R. David Jechai, alioſque Hebræos.

CA-

# CATALOGUS

*Et perbrevis explicatio vocum fere omnium, quarum forma, & flexio in Bibliis Hebraicis eſt Anomala.*

CUm multæ ſint voces in Hebraicis Bibliis a communi flexionis, & Grammaticæ ratione admodum remotæ, quæ Philohebrææ juventutis ſtudia immorari nonnihil ſolent, nobis, qui faciliorem aditum illi ad ſacras literas perſcrutandas hactenus aperuimus, operæ pretium viſum eſt, earum indicem, & catalogum exhibere, earumque Anomaliam paucis explicare; ut nihil eſſet omnino in re Grammatica, quod ab hoc præclariſſimo ſtudio eam abſterreret.

## א

אַבֶּדְךָ *perdam te*, Ezech. 28. 16. contractum eſt pro אֲאַבֶּדְךָ: Sic 2. Sam. 22. 40. וַתַּזְרֵנִי *& accingis me*, pro וַתְּאַזְּרֵנִי.

אָבוּא *voluerunt*: Jeſ. 28. 12. cum א paragogico ab אָבָה.

אָבִי *adducam*: Mich. 5. 15. per Apocopam pro אָבִיא, a בּוֹא.

אַבְרֵךְ *genua flectere*: Geneſ. 41. 43. pro הַבְרֵךְ, de quo variæ ſunt Interpretum ſententiæ: Kimchius facit Infinitivum Hiphil ex בָּרַךְ & maxime ob ſtructuram

loci, in quo aliud Verbum infinitum ſequitur, אַבְרֵךְ וְנָתוֹן; nempe, *proclamatum fuit per præcones regios genua flectenda eſſe coram Joſeph, & Regem Pharaonem eum conſtituiſſe Ægypti præfectum*. Quibuſdam eſt prima perſona Futuri, quaſi quis clamarit ex turba, אַבְרֵךְ *genua flectam*. Talmudicis autem eſt vox compoſita ex אָב *pater*, & רַךְ ſive רְכָא *Rex*, quaſi אַבְרֵךְ ſit *pater regni*, vel *regis*, eo modo, quo Romani dicebant *pater patriæ*. Quidam tandem vocem Ægyptiacam eſſe exiſtimant. Kimchii opinio præferenda.

אֶגְאָלְתִּי *contaminari*: Jeſ. 63. 3. compoſitam habet formam ex Futuro אֶגְאַל, & Præterito Hiphil הִגְאַלְתִּי, quaſi jam antea contaminaverit & contaminaturus eſſet ſe in poſterum ſanguine. Quidam volunt א ſimpliciter eſſe loco ה pro הִגְאַלְתִּי: alii denique cenſent, א ex uſu linguæ Chaldaicæ eſſe adjectum.

אֶדַּדֶּה *ſenſim progrediar*, Jeſ. 38. 15. cum ſyncopa literæ formativæ Hithpahel ת pro אֶתְדַּדֶּה: ſic אֶדַּמֶּה Jeſ. 14. 14. *æquabo me* pro אֶתְדַּמֶּה.

אָדוּשׁ *triturare*, Jeſ. 28. 28. cum protheſi literæ א pro דוּשׁ.

אֵהַב *diligam*, Proverb. 8. 16. ex forma Chaldaica א quieſcit in Tzere; pro אֹהַב: ſic וָאֵחַר *moratus ſum*, Geneſ. 32. 4.

אֶהֱמָיָה *perſtrepam*, Pſal. 77. 4. cum ה paragogico, cujus cauſſa ה radicale mutatum eſt in י mobile,

le, & more Quieſcentium א deſinit in Kametz pro אֶהֱמֶה, a radice המה.

אחילה *dolebo*: Jerem. 4. 19. forma eſt compoſita a יחל, & חול, addito ה paragogico, pro אחיל: unde in quibuſdam exemplaribus ſcribitur cum ו in medio, אחולה, quod Maſorethæ notarunt, legendum cum Jod.

אוצרה *theſaurarios conſtitui:* Nehem. 13. 13. Kimchius cenſet eſſe Futurum Conjug. Hiphil pro אוציךה propter Activam ſignificationem; ChireK longo pronunciationis cauſſa converſo in Sceva.

אזלת *abiit*, Deut. 32. 36. in ת ad formam Chaldaicam pro אזלה.

אחוי *prebende*; Ruth. 3. 15. præter normam Chateph Kametz habet ante ſe Sægol.

אחטנה *luebam illud*. Geneſ. 31. 39. Futurum Pihel contractum pro אחטאנה.

אחל *profanabo*, Ezech. 39. 7. cum Pathach diſtinguendæ ſignificationis cauſſa; אחל enim ſignificat *incipiam* a חלל.

אחרו *differunt*, Jud. 5. 28. Sægol ſub א eſt omnino Anomalum: eſt enim pro אחרו, vel אחרו Præterito Conjugat. Pihel.

איליל *ejulabo*, Jer. 48. 31. pro איליל vel אוליל a ילל.

איתם *integer ero*; Pſal. 19. 14. cum Epentheſi li-

teræ Jod pro אֵתַם, & hoc rurſus pro אֶתַּם Futur. Niphal a תָּמַם.

אֶמְאָסְאֵךְ *ſpernam te*, Hoſ. 4. 6. cum א Epenthetico pro אֶמְאָסְךָ.

אִכָּבְדָה *honorabor*. Hag. 1. 8. cum paragoge literæ ה, ſed ſcriptum ſine ה; cujus ratio traditur a Talmudiſtis tractatu יוֹמָא cap. 1. quia quinque res defecerunt in Sanctuario ſecundo, nempe Arca cum Propitiatorio, & Cherubim, Ignis, Præſentia Majeſtatis Divinæ, Spiritus Propheticus, & Urim Tummim.

אָכְלָה *comedere*, 1. Sam. 1. 9. novæ omnino formæ, & Cholem plane alienum eſt pro אֲכָלָה cum ה paragogico.

אֲכַלְךָ *conſumam te*, Exod 33. 3. pro אֲכַלֶּךָ Futurum Pihel a כָּלָה.

אָסֹף *recipiam*, Soph. 1. 2. pro אֶאֱסֹף, unde Jere. 8. 13. אֲסִיפֵם *recipiam eos*.

אֵסָעֲרֵם *procellis agitabo eos*: Zach. 7. 14. pro אֲסַעֲרֵם ex forma Pihel; aut אֶסָּעֲרֵם ex forma Niphal.

אַפְאֵיהֶם *in angulos relegabo eos*, Deut. 32. 26. pro אַפְאֵם ab Hiphil הִפְאָה, ה radicali converſo in Jod.

אֵפוּ *coquite*. Exod. 15. 23. ab אָפָה cum Tezre ad dilatandam pronunciationem gutturalis א, pro אֵפוּ.

אֶקְרָאָה

אֶקְרָאֶה *invocabo*, 1. Sam. 28. 15. cum ה paragogico, ſed Sægol loco Kametz. Eſt enim pro אֶקְרָאָה: aut duplex eſt terminatio; altera Quieſcentium א propria, altera ex Quieſcentibus ה petita.

אִקָּרֶה *obveniam*, Num. 23. 15. cum Syncopa formativæ Hithpahel, pro אֶתְקָרֶה.

אָרָה *maledic*, Num. 22. 6. Imperat. cum ה paragogico ab אָרַר pro אֹרָה: vel ſecundum R. Jehuda formæ Pihel contractæ pro אָרְרָה.

אֵרוֹמָם *exaltabor*, Jeſ. 33. 10. cum Syncopa literæ ת pro אֶתְרוֹמָם: eſt autem Tzere ſub א, quia litera ſequens non eſt capax Daghes.

אֲרוֹמִמְךָ *exaltabo me*, Jeſ. 25. 1. cum ChireK pro Sægol.

אֲרַיָּוֶךְ *irrigabo te*, Jeſ. 16. 9. pro אֲרַוֶּךְ Conjug. Pihel; ubi media radicalis ו commutata eſt in י, & tertia ה in ך præter morem; Kametz autem eſt propter accentum; a radice רָוָה.

אֲרִיקֵם *evacuabo eos*, Pſal. 18. 43. Daghes forti in ChireK longum reſoluto. Eſt enim pro אָרֵקֵּם Futur. Hiphil a רָקַק.

אֶרְפָּה *curabo*, Lev. 3. 22. א commutato in ה pro אֶרְפָּא.

אַשְׁכֵּים *mane ſurgere*, Jer. 25. 3. habet א loco ה ad formam Chaldaicam, pro הַשְׁכֵּים Hiphil, cum Epentheſi etiam literæ Jod.

אֶשְׁקוֹטָה

אֶשְׁקוֹטָה *quieſco*; Jeſ. 18. 4. cum Vau redundante, & Chateph Kametz ſub ק loco ſimplicis Sceva: hujus generis eſt אֶשְׁקוֹלָה *appendi* pro אֶשְׁקְלָה: Eſdræ 8. 25. & אֶפְשְׂעָה *incedam* pro אֶפְשְׂעָה. Jeſ. 27. 4.

אֶשְׁתּוֹלְלוּ *in prædam dederunt ſe*: cum א pro ה ad formam Chaldæis uſitatam.

אֲתָיוּ *venite*, Jeſ. 21. 12. tertia radicali ה expreſſa per Jod, pro אֲתוּ ab אָתָה. Sic Jeſ. 41. 23. legitur אֹתִיּוֹת *ventura* pro אֹתוֹת.

אָתָנוּ *venimus*, Jer. 3. 22. ad formam Quieſcentium tertia א, pro אָתִינוּ.

אֶתְּקֶנְךָּ *evellam te*, Jer. 22. 24. cum נ Epenthetico pro אֶתְּקְךָ a radice נָתַק.

ב

בְּאַהֲבָתוֹ *cum amaret ille*, Geneſ. 29. 20. cum ה paragogico mutato in ת, pro בְּאַהֲבוֹ.

בְּבֹאֶנָה *cum veniſſent ipſæ*: Ruth. 1. 19. cum ה paragogico præter morem, pro בְּבֹאָן,

בִּבְנוֹתַיִךְ *cum ædificares tu*: Ezech. 16. 31. ad formam Nominum femini. pluralium pro בִּבְנוֹתֵךְ: a בָּנָה.

בְּהִלּוֹ

בְּהִלּוֹ *cum illuſtraret ille*, Job. 29. 3. ה characteriſticum Hiphil eliſum eſt; pro בְּהַהִלּוֹ ab הָלַל.

בְּהָרֶג *in occidendo*, Ezech. 26. 15. cum Sægol loco Tzere. Eſt enim pro בְּהֵהָרֵג Infinit. Niphal: ב autem ſuſcipit vocalem excluſi ה.

בְּהָשַׁמָּה *cum deſolata eſſet ipſa*, Levit. 26. 43. primo eſt Metatheſis punctorum pro בְּהָשַׁמָּה. Secundo SureK reſolutum eſt in Kametzchatuph, pro בְּהוּשַׁמָּה; eſt enim Infinitivus Hophal a radice שָׁמֵם. Tertio affixum ה caret MappiK pro בְּהוּשַׁמָּהּ.

בּוֹשַׁסְכֶם *conculcare vos*, Amos 5. 11. commodioris pronunciationis cauſſa retinet Cholem, pro בְּשָׁסְכֶם.

בַּז *ſprevit*, Zach. 4. 13. deſinit in Pathach ad formam Defectivorum ſecunda, pro בָּז a בּוּז.

בָּזְאוּ *diripiunt*, Jeſ. 18. 2. pro בָּזְזוּ: quidam autem volunt eſſe a בָּזָה, ה in א commutato; alii peculiarem radicem ex eo conficiunt: quid? ſi Epentheſim א agnoſcas pro בָּזוּ; a בּוּז.

בִּינוֹתִי *conſideravi*: Dan. 9. 2. eſt Aphæreſis characteriſticæ ה pro הֲבִינוֹתִי; a בִּין.

בֹּכִיָּה *flens*. Thren. 1. 16. ה mutato in י pro בֹּכָה

בְּמֹצַאֲכֶם *in inveniendo vos*: Gen. 32. 19. Cholem retinetur facilioris pronunciationis cauſſa, pro בְּמְצַאֲכֶם.

בְּמוֹתֵי

בָּמוֹתֵי *excelſa* , Deut. 32. 13. forma maſculina , & feminina in unum concurrente, pro בָּמוֹת a בָּמָה.

בָּנוּ *venimus*, 1. Sam. 25. 8. abjecto א pro בָּאנוּ a בּוֹא.

בָּנִית *ædificavi*, 1. Reg. 8. 48. abjecto י, pro בָּנִיתִי.

בְּעָיוּ *quærite* , Jeſ. 21. 12. radicalis ה expreſſa eſt per י, pro בְּעוּ, a בָּעָה.

בְּצַדְּקָתֵךְ *in juſtificando te* ; Ezech. 16. 52. Infinit. Pihel cum ה paragogico mutato in ת propter affixum, pro בְּצַדְּקֵךְ.

בְּקָרְבָתָם *accedentibus ipſis* , Exod. 40. 32. Infinit. Kal cum ה paragogico mutato in ת, pro בְּקָרְבָם.

בְּשַׁלֵּחֲךָ *cum dimiſeris* , Deut. 15. 18. cum Tzere loco Sceva, pro בְּשַׁלְּחֲךָ.

## ג

גָּבְהָא *extulit ſe* , Ezech. 31. 5. cum א loco ה, ne duo ה concurrant , pro גָּבְהָה , quod rurſus pro גָּבְהָה a גָּבַהּ.

גְּנֻבְתִי *furto ablatum* ; Geneſ. 31. 39. pro גְּנֻבַת; cum Jod paragogico.

## ד

דּוּמִיָּה *ſilens* : Pſal. 62. 2. duplex eſt Anomalia ; pri-

prima ו pro י; ſecunda ה radicale mutatum eſt in ו, pro דּוֹמָה·

דָּלִיו *tollite*, Proverb. 26. 7. ה in ו commutatum eſt, pro דַּלּוּ a דָּלָה.

דָּנַנִּי *judicavit me*; Geneſ. 30. 5. cum Daghes, pro דָּנַנִי a דּוּן.

# ה

הַאִדָּרוֹשׁ *an conſulendo*? Ezech. 14. 3. Infinit. Niphal, ה characteriſtico facilioris pronunciationis gratia in א commutato, pro הַהִדָּרוֹשׁ, quod rurſus pro הַהִדָּרֵשׁ.

הַאֲזֵנָּה *audite*, Geneſ. 4. 23. cum Syncopa tertiæ radicalis נ pro הַאֲזֵנְנָה; ab אזן.

הֻבָאת *adducta eſt*, Geneſ. 33. 11. femin. contractum in ת pro הֻבָאָה.

הֻגָּה *amotus fuit*, 2. Sam. 20. 13. pro הֻגְּהָ, Daghes præter neceſſitatem ejecto: nec audiendi ſunt R. Juda, & R. Jona, qui volunt eſſe ex Hiphil יָגָה.

הָגְלָת *deportabitur*, Jer. 13. 19. contractum in ת pro הָגְלְתָה.

הֻדּוּשׁ *triturari*, Jeſ. 25. 10. unicum eſt cum SureK loco Cholem in Infin. Niphal a דּוּשׁ.

הֻדַּשְּׁנָה *pingueſcit*, Jeſ. 34. 6. compoſitam habet formam ex Hithpahel, & Hophal; cum Syncopa li-

te-

terræ ת formativæ Hithpahel, & Kibbutz ex Hophal aſcito, pro הִתְרַשְּׁנָה.

הֲהֵימִיר *an mutavit?* Jere. 2. 10. cum Jod inſerto poſt Tzere, quaſi eſſet a יָמַר.

הוֹבִישׁ *pudefecit*; Jeſ. 30. 5. Præter. Hiphil forma compoſita a בּוֹשׁ, & ex Quieſcentibus prima Jod, pro הֵבִישׁ.

הֱוֵא *eſto*, Job. 37. 6. ה in א commutato ad formam Chaldaicam; pro הֱוֵה.

הוּלֶּדֶת *naſci*, Ezech. 16. 4. compoſitam habet formam ex Infin. Kal לֶדֶת, & Hophal הוּלַד; Daghes autem eſt euphonicum; a radice ילד.

הוֹצֵא *educ*, Geneſ. 8. 17. Imper. Hiphil Verbi יָצָא, ubi prima radicalis communem analogiam imitatur; Vau autem legendum eſt per Jod; quaſi ſit הַיְצֵא ſicut dicitur הַמְצֵא.

הוֹשַׁר *dirige*, Pſal. 5. 9. Imper. Hiphil Verbi יָשַׁר juxta formam analogam; ſed Maſorethæ legendum admonent, הַיְשַׁר.

הִזַּכּוּ *purificate vos*, Jeſ. 1. 16. Imperat. Hithpahel a זָכָה litera characteriſtica ת in ז contracta pro הִתְזַכּוּ, vel potius הִזְדַּכּוּ.

הֶחְבֵּאַתָה *abſcondit*, Joſ. 6. 17. nota generis feminini eſt geminata, quaſi הֶחְבְּאָה גַם הֶחְבְּאָה *abſcondit, etiamque abſcondit*, pro הֶחְבִיאָה, ideſt, ut expli-

plicat Kimchi הֶחְבִּיאָה יָפֶה יָפֶה *abſcondit, diligentiſſime*.

הֵחָבֵה *abſcondere ſe*, 2. Paral. 7. 12. Infin. Niphal a חָבָא, א mutato in ה.

הֶחֳדַלְתִּי *an deſiſterem?* Jud. 9. 9. ſpecialis eſt Anomaliæ, ubi ה duplici fungitur munere, & eſt characteriſticum Conjugat. Hophal, & eſt interrogativum: quidam autem volunt eſſe ex Hiphil, pro הֶחֱדַלְתִּי: vide Cornelium Bertramum.

הַחֲטִי *ad peccandum inducere*, Jerem. 32. 35. cum Apocope א, pro הַחֲטִיא: idem judicium de הֶחֱטִי 2. Reg. 13. 16.

הֶחֱשׁוּ *ſilete*, 2. Reg. 2. 3. pro הַחֲשׁוּ Imper. Hiphil.

הֻטַּמָּאָה *polluta eſt*; Deut. 24. 4. forma eſt compoſita ex Hithpahel, & Hophal cum Syncopa literæ ת, pro הִתְטַמְּאָה.

הַיְחֻבְרְךָ *an conſociaretur tibi?* Pſal. 34. 20. ex Puhal ſpecialis Anomaliæ pro הַיְחֻבַּרְךָ.

הֵינִיקִהוּ *lacta eum*, Exod. 2. 9. ſecunda perſona fem. Imperativi Hiphil a ינק pro הֵינִיקִיהוּ.

הַיּוֹצֵת *quæ egreditur*, Deuter. 28. 57. cum defectu א pro הַיּוֹצֵאת, quod contractum pro יוֹצֵאת.

הִכַּבֵּס *lavari*, Levit. 13. 56. eſt forma compoſita ex Hophal, & Hithpahel, ת contracto in כ per Daghes, pro הִתְכַּבֵּס.

הִכַּנוּ

הִכַּנּוּ *comparavimus*, 2. Paral. 29. 9. cum Syncopa radicalis נ, & ad formam analogam pro הִכַּנְנוּ, quod pro הֲכִינוֹנוּ, a כּוּן.

הֶלְאָת *fatigavit*, Ezech. 24. 12. contractum in ת pro הֶלְאַתָה, ubi & ה cum Sægol, quaſi ſequeretur gutturalis, a לָאָה.

הֻמַּכּוּ *deprimuntur*, Job. 24. 24. Hophal a radice מכך, pro הֻמְכּוּ.

הַמֹּמוּתִים *qui morte afficiebantur*, 2. Reg. 11. 2. ſcriptum eſt literis ו, & מ tranſpoſitis, & legendum eſt, ut notant Maſorethæ; הַמּוּמָתִים, a מוּת.

הֲמָנְכֶם *multiplicare vos*, Ezech. 5. 7. puto cum Kimchio eſſe Verbum infinitum, ab הָמַן, non autem a Nomine הָמוֹן, quia hujuſmodi Nomina retinent Cholem cum affixis.

הִמְסִיו *liquefecerunt*, Joſ. 14. 8. habet formam Chaldaicam, pro הִמַּסּוּ; a מסה.

הִמְצִיתִךָ *exhibui te*, 2. Sam. 3. 8. cum Jod in medio ad formam Quieſcentium ה, & defectu י formativi primæ perſonæ, pro הִמְצֵאתִיךָ.

הַנִּמְצְאִים *qui inventi ſunt*, Eſth. 1. 5. cum Sceva ſub ſecunda radicali præter normam, pro נִמְצָאִים, cujus generis duo alia ſunt, unum Ezech. 20. 30. נִטְמְאִים *polluti*, alterum Joſ. 10. 17. נֶחְבְּאִים *abſconditi*; quæ R. Jacob ſcribit eſſe ex terminatione Tze-

Tzere. Tzere enim ultimæ ſyllabæ, non præcedente Kametz, mutatur in Sceva.

הֵסַתָּה *incitavit*, 1. Reg. 21. 25. pro הֵסִיתָה Hiphil a סוּת, vocali longa ChireK in brevem, & Daghes reſoluta.

הַעֲרֹתָה *conteſtatus es*, Exod. 18. 23. cum ſimplici Pathach ſub ה formativa Hiphil propter ſequentem gutturalem, quæ Sceva compoſitum ante ſe adverſatur; pro הֵעֵרֹתָה a radice עוּר.

הֶעֱבַרְתָּ *traduxiſti*, Joſ. 7. 7. cum Tzere ſub ה loco Pathach. Eſt enim Præter. Hiphil.

הֵעֵזָה *obſirmavit*, Proverb. 7. 13. ſine Daghes euphoniæ cauſſa, pro הֵעֵזָּה a עזז.

הֹעֲלָה, *oblatus fuit*, Jud. 6. 28. habet Cholem latioris pronunciationis cauſſa ob ſequentem gutturalem; pro הֻעֲלָה.

הֶעָשׂוּ *qui factus eſt*, Job. 41. 24. Participium Pahul ex ſpeciali Anomalia ſine Jod. Eſt enim loco עָשׂוּי; cujuſmodi eſt & illud ibid. 15. 22. וְצָפוּ *& exploratus*, pro צָפוּי.

הֵעָשׂוֹתוֹ *fieri illud*, Ezech. 43. 18. ה habet Sægol occulta plane de cauſſa; pro הֵעָשׂוֹתוֹ, eſt enim Infinit. Niphal.

הַפְּתִיתַ *fatuum agis*, Proverb. 24. 28. formam habet compoſitam vel ex duabus Conjugationibus, vel ex duabus radicibus: a פָּתָה enim in Pihel diceretur פִּתִּית, cui ה adjectum eſt ex Conjug. Hiphil: aut ex פָּתָה, & פָּתַח; a פָּתָה in Conjug. Hiphil di-

dicitur הִפְתִית, & a פֶּתַח eſt הַפְּתוֹת, & hinc videtur eſſe forma mixta. Plura ſunt de hac voce apud Eliam in libro *Harcabba*, & apud Aben Eſra; qui perperam contendit הַ eſſe admirativum: litera enim ו nunquam præponitur הַ interrogationis, aut admirationis.

הִצְטַיַּרְנוּ *in viaticum accepimus*; Joſ. 9. 12. eſt unicum ad formam analogam cum mutatione, & tranſpoſitione literæ characteriſticæ Hithpahel ת, pro הִצְטוֹרַדְנוּ, a צוּר.

הִצְפִּינוֹ *abſcondere eum*, Exod. 2. 3. cum Daghes Euphonico ſine ulla cauſſa, pro הַצְפִּינוֹ; a צָפַן.

הִקְצוֹת *detrahere*, Lev. 14. 43. retinet ChireK ad formam Præteriti; pro הַקְצוֹת Infinit. Hiphil a קָצָה.

הַרְבָּה *multiplicare*, Geneſ. 3. 16. retinet Kametz ex terminatione Præteriti; inde cum Pathach legitur ad formam Nominis conſtructi 2. Sam. 14. 11. מֵהַרְבַּת *ne multiplicetur*, pro הַרְבָּה, vel הַרְבּוֹת Infinit. Hiphil.

הֵרִים *ſublatus eſt*, Dan. 8. 11. cum Jod Epenthetico, vel ו in י mutatum eſt, & tranſpoſitum, pro הוּרַם; a רוּם.

הִרְצָת *acquieſcit*, Levit. 26. 34. contractum eſt in ת, pro הִרְצָתָה a רָצָה.

הָשַּׁמָּה Levit. 26. 35. vide vocem בָּהָשַּׁמָּה.

הָשַׁע *reſpice*, Pſal. 39. 14. formam habet a שׁוּעַ, ſignificationem autem a שָׁעָה; pro הָשַׁע per Apocopem, quod loco הָשְׁעָה.

הַחְיוּ

הֵתָיוּ *venite*, Jeſ. 21. 14. duplex Anomalia, prima eſt ה radicalis tertia expreſſa per Jod; altera ה ab initio loco א; eſt enim pro אֵתָיוּ, vel potius אֵתוּ ab אָתָה.

הֲתֵיטְבִי *num bona eris?* Nah. 3. 8. Futur. Hiphil a יָטַב pro הֲתֵיטִיבִי, ChireK longo in Sceva commutato accelerandæ pronunciationis cauſſa.

הָתְפָּקְדוּ *recenſiti fuerunt*, Num. 1. 47. forma eſt compoſita ex Hophal, & Hithpahel, ubi præterea eſt Kametz loco Pathach, & Daghes; dicendum enim Analogice erat, הָתְפַּקְדוּ.

# ו

וָאֲכַסֵּךְ *& operui te*, Ezech. 16. 10. Vau Hippuch habet præter morem Pathach ante א pro Kametz: cui ſimile 2. Sam. 1. 10. וַאֲמוֹתְתֵהוּ *& occidi eum*.

וָאֶנְעֲלֵךְ *& calceavi te*, Ezech. 16. 10. cum Pathach loco Kametz. Pathach enim in Futuro Kal producitur cum affixis in Kametz.

וַאעַנֶּה *& affligam*, 1. Reg. 11. 39. craſis eſt pro וַאֲעַנֶּה.

וַאעְשִׁר *& ditatus ſum*, Zachar. 11. 5. contractum eſt, pro וַאֲעְשִׁיר.

וּבָאתְ *& ingredieris*; 2. Sam. 14. 3. cum Sceva in fine, quod in his Verbis inuſitatum eſt: cui ſimile habetur 1. Reg. 17. 13. וְהוֹצֵאתְ *& afferes*.

וּבָנִית *& ædificabis*; Proverb. 24. 27. ſine Kametz:

metz: debet enim eſſe maſculinum בְּנִית.

וּבִתְקוֹמְמֶיךָ *& in inſurgentes contra te*; Pſal. 139. 21. Particip. cum Syncopa literæ מ, ne quatuor literæ ſerviles ab initio thematis concurrant; pro וּבִמְתְקוֹמְמֶיךָ.

וְדִיגוּם *& piſcabuntur eos*, Jer. 16. 16. cum Aphæreſi ה characteriſtici pro וְהֶדִיגוּם a דוּג: quidam ſumunt pro Præter. Pihel, pro דִּיגוּם.

וְהֶאֱזְנִיחוּ *& retro abiecerunt*, Jeſ. 19. 6. de hac voce variæ ſunt Rabbinorum ſententiæ. R. D. Kimchius cenſet, ה aliunde adveniſſe, & א vicem gerere characteriſticæ Conjugationis Hiphil, *quia*, inquit, *litera Epenthetica, quæ legatur, media in dictione occurrere non ſolet*. R. Moſes Davidis frater, ה eſſe interrogationis; cui opponitur Elias, literam ה τῷ ו interrogationis nunquam præponi. Alii denique exiſtimant eſſe formæ Hebraicæ, & Chaldaicæ. Nam Chaldæi pro ה in Hiphil uſurpant א. Quidquid ſit, vox hæc eſt loco וְהִזְנִיחוּ.

וְהֹגוֹ *& meditari*; Jeſ. 59. 13. habet Cholem ab initio loco Kametz, pro הָגוֹ, cui ſimile ibidem הֹרוֹ *concipere*.

וְהוֹשְׁבוֹתִים *& collocabo eos*, Zach. 10. 6. prima perſona Præteri. Hiphil habens formam compoſitam, ex יָשַׁב; unde eſſet הוֹשַׁבְתִּים, & ex שׁוּב, unde diceretur הֲשִׁיבוֹתִים. ChireK autem accelerandæ pronunciationis cauſſa eſt correptum in Sceva. Hanc Anomaliam imitatur וְהֵטִיבֹתִי *& benefaciam*, Ezech. 36. 11.

וְהִטֶּהָרוּ *& purificabunt ſe*; Num. 8. 7. cum Sægol

pro

pro Kametz, quod compenſare debebat Daghes ejectum, ne duo Kametz concurrerent; eſt inſuper Syncopa literæ ה, pro וְהִטָּהֲרוּ. Kametz autem ſub ſecunda radicali eſt propter accentum: huic ſimile eſt וְהִנֶּחָמְתִּי *& conſolabor me*: Ezech. 5. 13. pro וְהִתְנַחַמְתִּי.

וְהָיִית *& eris*, 2. Sam. 14. 2. cum Sceva in fine; quod rariſſimum eſt in Verbis Quieſcentibus Tertia ה: ſic עָשִׂית *feciſti*, Geneſ. 3. 13.

וְהֻנִּיחָה *& collocetur*, Zach. 5. 11. habet formam compoſitam ex Hiphil, & Hophal. Chirek enim eſt ex Hiphil, & Kibbutz ex Hophal pro הֻנְּחָה a radice ינח.

וַהֲקֵאתוֹ *& evomes illud*, Proverb. 25. 16. mixtam habet formam ex Quieſcentibus tertia א, & ex Quieſcentibus ſecunda: ex illis enim aſſumptum eſt Tzere, ex iſtis Cholem, pro וַהֲקֵאתוֹ a radice קוֹא.

וְחִתְגֹּעֲשׁוּ *& concutiantur*; Jerem. 25. 16. pro וְהִתְגָּעֲשׁוּ, Cholem aſſumpto ex forma Puhal.

וְהִתְנַבִּיתָ *& prophetabis*; 1. Sam. 10. 6. א ad formam Quieſcentium ה mutato in י pro וְהִתְנַבֵּאתָ.

וָחָיָה *& vivat illa*; Exod. 1. 16. juxta Kimchium pro חָיְתָה: quidam deducunt a חָיַי, quaſi dicendum fuiſſet חַיָּה ad formam סַבָּה, unde Daghes, & vocalis brevis in longam coaluerint. Sed literæ י, & ו ut ait Aben Eſra, in fine nunquam ſunt radicales.

וְחָטָאת *& peccavit*, Exod. 15. 16. Aben Eſra, & Kimchi putant eſſe contractum pro וְחָטְאָה, ſed cum

ſequatur Nomen maſculinum עַמֶּךָ *populus tuus*, a quo genere diſcrepat חַטָּאת, cenſeo, ſumendum eſſe pro Nomine, *peccatum eſt populi tui*.

וְטֵאטֵאתִיהָ *& everram eam*, Jeſ. 14. 23. prima perſona Præteriti Pihel Verbi quatuor literarum, cujus thema alii ponunt טוא, geminata prima, & tertia, alii טֵאט media geminata; nonnulli denique טָאָה.

וַיֶּאֱהָבֵו *& amavit eum*; 1. Sam. 18. 1. pro וַיֶּאֱהָבֵהוּ.

וַיָּאצֶל *& ſepoſuit*, Num. 11. 25. contractum eſt pro וַיַּאֲצֶל.

וַיָּאת *& veniet*: Jeſ. 41. 25. contractum pro וַיֶּאֱת, quod loco וַיֶּאֱתֶה ab אָתָה.

וַיֶּאֱתָיוּן *& convenerunt*, Jeſ. 41. 5. ה radicali mutato in י, & addito נ paragogico, pro וַיֶּאֱתוּ a radice אָתָה: ſic Pſal. 36. 8. יֶחֱסָיוּן *confident*, pro יֶחֱסוּ; & Pſal. 78. 44. יִשְׁתָּיוּן pro יִשְׁתּוּ; *bibent*, & Jeſ. 26. 11. יֶחֱזָיוּן *videbunt*, pro יֶחֱזוּ.

וַיַּבְּשֵׁהוּ *& arefecit ipſum*, Nah. 1. 4. Futurum Pihel cum Apocopa י radicalis pro וַיְיַבְּשֵׁהוּ a יָבֵשׁ: cui ſimile 2. Paral. 32. 30. וַיַּשְּׁרֵם *& recta deduxit eos*, pro וַיְיַשְּׁרֵם.

וַיַּגֶּה *& mæſtitia affecit*, Thren. 3. 33. contractum

eſt

eſt pro וַיִּנֶּה a יָנָה: ſic ibid. 53. וַיַּדּוּ & *projecerunt* pro וַיְיַדּוּ, a יָדָה.

וַיָּזֶד & *coxit*, Geneſ. 25. 29. Daghes præter neceſſitatem in vocalem longam commutato pro וַיָּזֶד a נָזַד; ſimile huic 1. Paral. 20. 3. וַיָּשַׂר *ſerra diſſecuit* a נָשַׂר.

וַיָּחֶל & *expectavit*, Geneſ. 8. 10. cum Aphæreſi Jod radicalis pro וַיְיַחֶל, a יָחַל.

וַיֶּחֱמוּ & *incaleſcebant*, Geneſ. 30. 38. ubi ſecundum Aben Eſra Jod eſt cum Sægol propter ſequentem gutturalem. Eſt enim loco יֵחֲמוּ a יָחַם; ſicuti dicitur יֵשְׁבוּ.

וַיֵּחַמְנָה *ut incaleſcerent*; Geneſ. 30. 38. cum Jod nota generis maſc. pro וַתֵּחַמְנָה a יָרַם; cui ſimile 1. Samuel. 6. 12. וַיִּשַּׁרְנָה & *recta contenderunt* pro וַתִּשַּׁרְנָה.

וַיִּיף & *pulchra erat*, Ezech. 31. 7. contractum eſt, pro וַיִּיְף a יָפָה ad formam יָשַׁב.

וַיִּישֶׂם & *poſuit*, Geneſ. 50. 26. forma quaſi eſt petita a יָשַׂם, ſed ſignificatio eſt a שׂוּם, & ponitur loco וַיָּשֶׂם: quidquid dicat Kimchius, qui exiſtimat eſſe pro וַיּוּשַׂם & *poſitus fuit*: וַיּוּשַׂם quidem Geneſ. 24. 33. eſt pro וַיּוּשַׂם.

וַיַּכְּתוּם & *contuderunt eos*; Num. 14. 45. formam habet quaſi a נָכַת pro וַיַּכִּיתוּם ChireK in Sceva

correpto; ſed eſt a radice כחת. Aut vocalis longa Kametz reſoluta eſt in brevem, & Daghes, eſt enim pro יָכִּיתוּ. Huc refer וַיַּכְּתוּ & *contriverunt*. Deut. 1. 44.

וַיַּלִּינוּ & *ad murmurandum incitaverunt*; Num. 14. 36. ubi Kametz in vocalem brevem, & Daghes reſolutum eſt, a radice לוּן: cui ſimile Proverb. 4. 21. יַלִּיזוּ *recedere facient*, a לוּז.

וַיְסִּרֵנִי & *erudiet me*, Jeſ. 8. 11. cum Daghes Euphoniæ cauſſa: unde quidam perperam Præteritum Pihel eſſe arbitrantur. Præterito enim convenit affixum נִי; Futuro autem נִי, a radice יָסַר.

וַיָּרֶב 1. Sam. 15. 5. ſecundum duplicem ſignificationem a duplici poteſt derivari radice: ſi explices, & *inſidiatus eſt*; eſt Futurum Pihel ab אָרַב, facta contractione, pro וַיְאָרֵב, vel potius Futurum Hiphil, pro יַאֲרֵב: ſin autem & *certavit*, erit Futurum Hiphil a radice רוּב.

וַיֵּתֵא & *venit*, Deut. 33. 21. literis radicalibus tranſpoſitis; pro וַיֶּאֱת, quod loco וַיֶּאֱתֶה ab אָתָה.

וַיִּתַּמּוּ & *abſoluti ſunt*, Deut. 34. 8. pro וַיִּתַּמּוּ, ubi etiam Daghes ſublatum eſt; Futur. Niphal a תָּמַם. Unde Pſal. 102. propter pauſam dicitur יִתָּמּוּ.

וְכִעֲסַתָּה & *irritabat eam*, 1. Sam. 1. 6. deficit Mappik, pro וְכִעֲסַתָּהּ.

וְלָנָה & *commorabitur*, Zach. 5. 4. cum Sægol præ-

præter morem, pro וְלִנָּה a radice לוּן.

וָנֶאֱשָׁאַר & *reſiduus ego*, Ezech. 9. 8. cum Epentheſi א, & Pathach loco Kametz, pro וְנִשְׁאָר: eſt enim Participium, a שָׁאַר.

וַנִּבֹּל & *diffluximus*, Jeſ. 64. 5. Daghes mutato in vocalem longam; pro וַנִּבֹּל. a radice נָבַל.

וְנָבְלָה, & *confundamus*, Geneſ. 11. 7. pro נָבְלָה cum ה paragogico, & Cholem mutato in Sceva: quidam putant, eſſe tertiam perſonam femininam Præter. Niphal pro נָבְלָה *confundatur*, ex terminatione Tzere; alii autem primam Futuri Hiphil pro וְנַבְלָה cum ה paragogico, a radice בָּלַל.

וְנֶחְבֵּתֶם & *abſcondetis vos*, Joſ. 2. 16. excluſo א radicali, pro וְנֶחְבֵּאתֶם; huc referendum & וְנִטְמֵתֶם Lev. 14. 43. *polluti eſtis*; pro וְנִטְמֵאתֶם, a טָמֵא.

וְנִכַּפֵּר & *expiabitur*; Deut. 21. 8. compoſitam habet formam ex Niphal, & ex Hithpahel; ת characteriſtico contracto per Daghes in prima radicalem כ, pro וְנִתְכַּפֵּר, quod rurſus pro יִתְכַּפֵּר.

וְנִלְווּ & *adjungite vos*, Jere. 50. 5. Imper. Niphal cum נ characteriſtico pro וְהִלָּווּ; quidam tamen per Præteritum explicant; a radice לָוָה.

נִפְלָאתָה *admirabilis fuit*; 1. Sam. 1. 26. habet for-

formam compoſitam ex פָּלָא , unde eſſet פָּלְאָה , & ex פָּלָה, unde formatur פָּלְתָה .

וְנִרְפּאוּ *& curantur;* Exech. 47. 8. Aleph quieſcente ad formam Quieſcentium ה, pro וְנִרְפְּאוּ.

וּפִשְׁתֶּם *& creſcetis* , Malach. 4. 2. cum Chirek pro פְּשְׁתֶּם, a radice פּוּשׁ .

וְצָמִת *& ſities* ; Ruth. 2. 9. cum Aphæreſi literæ radicalis ה, & cum ChireK ad formam Quieſcentium ה, pro וְצָמָאת ; a צָמָא .

וְקָרָאתִי *& vocabis*, Jer. 3. 4. cum Jod redundante .

וְרָאֲמָה *& exaltabitur* ; Zach. 14. 10. cum Epentheſi literæ א ; pro וְרָמָה a רוּם : huc etiam pertinet קָאם *ſurgis* Hoſ. 10. 14. pro קָם .

וְשָׁבַת *& revertetur*, Ezech. 46. 17. ad formam Chaldaicam deſinit in ת, pro וְשָׁבָה a שׁוּב .

וְתָבוֹאָה *& adveniat* ; Jeſ. 5. 19. tertia Futuri femini. cum ה paragogico præter morem; pro תָּבֹא : huc refer וַתָּבֹאתִי *& venias*, cum Jod redundante; quod præterea compoſitam habet formam ex ſecunda Præter. בָּאת, & Futuri תָּבֹאִי .

וַתַּעֲלִי *& aſcendiſtis* , Ezech. 16. 3. pro וַתַּעֲלוּ ex Kal : quidam autem referunt ad Niphal , pro וַתֵּעָלִי ; ſed hæc Conjugatio eſt inuſitata in עָלָה .

וְתִשֶּׁנָה *& levabunt* ; Jer. 9. 18. א radicali abjecto pro וְתִשֶּׂאנָה : & Ezech. 23. 49. eſt cum Epentheſi Jod ad formam Quieſcentium ה , תִּשֶּׂאינָה *portabitis* ; a נָשָׂה .

וַתֵּתַצַּב *& ſtetit* : Exod. 2. 4. inſignis eſt Anomaliæ, prima litera radicali Jod præter morem abjecta ſine ulla compenſatione ; & ת Futuri characteriſtica cum Tzere, pro וַתִּתְיַצֵּב a radice יצב.

# ז

זֹרֶה Jeſ. 30. 24. quidam derivant a זרה & cenſent, eſſe Participium paſſivum Pihel, quod alias inuſitatum eſt, Cholem adhibito loco ejecti Daghes , & explicant per *ventilatum* ; alii radicem faciunt זור ; & Pahul eſſe dicunt Kal pro זוּרָה , *compreſſum* .

# ח

חֹטֹאִים *peccantes* , 1. Sam. 14. 33. ad formam Quieſcentium ה cum א redundante pro חֹטְאִים ; cui ſimile eſt קֹרְאִים *clamantes* , Pſal. 99. 6. pro קֹרְאִים .

חֻמְצָתוֹ *fermentari illud* , Hoſ. 7. 4. Infini. Puhal cum ה paragogico , pro חֻמְּצוֹ .

חַנּוֹת *gratiam facere* ; Pſal. 77. 10. forma ex Quieſcentibus tertia ה petita , pro חֹן a חָנַן : cui ſimile ibi-

ibidem 11. חֲלּוֹתִי *vulnerare me* a חָלַל; quamquam multi radicem faciunt חָלָה *infirmum eſſe*.

חָסָיָה *confidit*, Pſal. 57. 2. tertia radicalis ה mutata eſt in י, & propter accentum retractum de more Sceva tranſiit in Kametz; pro חָסְתָה a חָסָה. Hinc Deut. 32. 37. dicitur חָסָיוּ *confiderunt* pro חָסוּ, ad cujus formam eſt נָטָיוּ *declinarunt* pro נָטוּ Pſal. 73. 2. & נִטָּיוּ *extenduntur* Numer. 24. 6. pro נָטוּ.

# ט

טַח *obduxit*; Jeſ. 4. 18. cum Pathach ad formam Deficientium ע, pro טָח a טוּח.

# י

יְאֻתְיֻנִי *obvenit mihi*; Job. 3. 25. pro יֶאֱתָנִי cum Jod, quod eſt loco radicalis ה ab אָתָה.

יְבָרְכֶנְהוּ *benedicet ei*, Pſal. 72. 15. habet נ Epentheticum pro יְבָרְכֵהוּ: huc referto יְסוֹבְבֶנְהוּ *circumduxit eum*, Deut. 32. 10.

יְבֹשֶׁת *exſiccari*; Geneſ. 8. 7. habet formam compoſitam ex יְבֹשׁ ſecundum analogiam Verborum perfectorum, & ex בֹּשֶׁת juxta Anomaliam Quieſcentium פי. Huic ſimile eſt Num. 14. 16. יְכֹלֶת *poſſe*; a יכל.

יֵיחַד

יִדַּחוּ *impellantur*; Jerem. 23. 12. Futurum Niphal cum Pathach loco Kametz, & accentu in penultima præter morem, a דָּחָה.

יְדַשְּׁנֶה *in cinerem redigat*; Pſal. 20. 4. habet ה paragogicum præcedente Sægol præter morem; a דשן.

יְהוּא *erit*, Eccleſ. 11. 3. miræ eſt Anomaliæ cum א paragogico ab הָוָה, a quo eſt Futurum per Apocopem יְהוּ; pro יִהְוֶה.

יְהֵילִילוּ *ejulabunt*; Jeſ. 52. 5. cum ה litera characteriſtica Hiphil expreſſa, pro יְיֵלִילוּ; a ילל.

יוֹדַעְתִּי *notum feci*, 1. Sam. 21. 2. pro הוֹדַעְתִּי.

יוֹרֵא *jaciet*, Proverb. 11. 15. cum א loco ה a radice ירה.

יֶחֱזָיוּן *videbunt*; Jeſ. 26. 11. cum Jod, quod factum eſt ex ה; pro יֶחֱזוּן a חָזָה: huc refer יִשְׁתָּווּן Pſal. 78. 44. יֶחֱסָיוּן Pſal 36. 8. & יִשְׁלָיוּ Pſal. 122. 6. & יִרְבְּיֻן Deuter. 8. 13. pro יִרְבּוּן; & יִרְוְיֻן Pſal. 36. 9.

יְחִיתַן *terrefaciet eos*; Habac. 2. 17. pro יְחִתַּן a חָתַת: primo Daghes reſolutum eſt in Chirek longum; ſecundo eſt Pathach loco Tzere propter pauſam.

יֶחֱמַתְנִי *fovit me*; Pſal 51. 7. Præt. Pihel cum Sægol ſub prima radicali propter ſequens Chateph Sægol pro יִחֲמַתְנִי.

יְחֻנְךָ *miſerebitur tui*; Jeſ. 30. 19. vocalibus tranſpoſitis; pro יְחָנְּךָ; a חָנַן.

יְיֵדָע *notum facies*, Pſal. 138. 6. pro יוֹדִיעַ: ſed alii faciunt Futurum Pihel pro יְיַדַּע *noſcet*. Huc pertinet יֵיטִיב pro יֵיטִיב *benefaciet*.

יְכַבְּדָנְנִי *honorabit me*; Pſal. 50. 23. cum Epentheſi literæ Nun, pro יְכַבְּדָנִי.

יְכַסְיֻמוּ *operient eos*; Exod. 15. 5. duplex hic eſt Anomalia, prima in Jod loco ה; ſecunda in affixo מוּ pro מוֹ: eſt enim pro יְכַסּוּמוֹ a כָּסָה.

יְלִדְתָּנוּ *peperiſti nos*; Jere. 2. 27. pro יְלִדְתִּינוּ.

יִלְכְּדֻנוֹ *capient eum*; Proverb. 5. 22. pro יִלְכְּדוּהוּ.

יִמְאַס *liqueſit*, Job. 7. 15. media radicali ס in א commutata pro יִמְסַס, quod analogum eſt pro יִמַּס, a radice מָסַס: cui omnino ſimile יִמָּאֲסוּ *liqueſiant*, pro יִמַּסּוּ Pſal. 58. 8.

יִמְצָאוּנְהָ *invenient eam*; Jere. 2. 24. cum נ Epenthetico; pro יִמְצָאוּהָ: huc referto יִמְצָאֻנְנִי *invenient me*, Proverb. 1. 28. & ibidem יִקְרָאֻנְנִי *vocabunt me*.

יָנֵאץ *floreſcet*; Eccleſ. 12. 5. cum Epentheſi א a radice נוּץ.

יָנִי *irritum faciet*; Pſal. 141. 5. cum Apocope א a radice נוּא.

יִנָּשׂוּא *portabuntur*, Jerem. 10. 5. cum א paragogico, ſeu potius literis tranſpoſitis, pro יִנָּשְׂאוּ a נָשָׂא.

יִסֹּר

יַסֵּר *caſtigare*; Pſal. 118. 18. Infin. Pihel cum Cholem præter morem, pro יַסֵּר.

יָפְיָפִיתָ *pulchrior effectus es*; Pſal. 45. 3. Præter. Puhal cum Kametzchatuph loco Kibbutz, & prima, & ſecunda radicali geminatis, a יָפָה.

יִרַדֹּף *perſequatur*; Pſal. 7. 6. habet formam compoſitam ex Kal יִרְדֹּף, & ex Pihel יְרַדֵּף.

יַשִּׁי *exactorem ages*; Pſal. 55. 15. cum Apocopa ה, & ad formam Quieſcentium א pro יַשֶּׁה, a נָשָׁה.

יִשַּׁל *decutit*, Job. 27. 8. varie ſentiunt Grammatici de hac voce: alii deducunt a שָׁלָה, unde per Apocopen Futurum יִשַׁל; ſed illud Verbum in Kal activam ſignificationem non habet: alii putant eſſe Futur. Hiphil ex eadem radice: aſt per duplex Sægol formandum eſſet. Nonnulli denique, quorum ſententia amplectenda, derivant a נָשַׁל; & Futurum Kal eſſe cenſent, vocali brevi, & Daghes in vocalem longam contractis, perinde ac ſi ſecunda radicis eſſet gutturalis, pro יִשַּׁל.

יִתְגָּעֲשׁוּ *commovebuntur*; Jer. 46. 8. formam habet ex Puhal, & Hithpahel compoſitam.

# כ

כְּחַכֵּי *ſecundum præſtolari*, Hoſ. 6. 9. tertia radicalis ה mutata eſt in Jod, pro כְּחַכֵּה.

כִּיתְרוֹן

כִּיתְרוֹן *ſicut excellentia*, Eccl. 2. 13. ſpecialis punctatio, pro כִּיִּתְרוֹן.

כְּעֹטְיָה *quaſi velata*; Cant. 1. 7. ה mutatum eſt in Jod; pro כְּעֹטָה: huc pertinent בֹּכִיָּה, *flens*; צֹפִיָּה *ſpeculans*: פֹּרִיָּה *fructificans*.

כְּקָרְבְכֶם *cum accederetis vos*, Deut. 20. 2. pro בְּקָרְבְכֶם.

כְּשָׁמְעָתוֹ *cum audiret ipſe*; Jeſ. 30. 19. cum ה paragogico, ſequente affixo, pro כְּשָׁמְעוֹ. Huc refer מִירְאָתוֹ 2. Sam. 3. 11. *cum timeret ipſe*.

# ל

לַאֲדִיב *ad cruciandum*; 1. Sam. 2. 23. per Metatheſin primæ, & ſecundæ radicalis, pro לְדַאִיב, vel potius לְהַדְאִיב.

לִדְרְיוֹשׁ *ad quærendum*; Eſræ 10. 16. cum Jod Epenthetico pro לִדְרוֹשׁ.

לְהֵדֵק *ad comminuendum*, 2. Paral. 34. 7. ex ſpeciali Anomalia retinet Tzere vocalem Præteriti, pro לְהָדֵק a radice דָּקַק.

לְהֻיְדוֹת *ad celebrandum*; Neh. 12. 8. Infinit. Hiphil pro לְהוֹדוֹת a radice יָדָה.

לְאוֹשִׁיבִי

לְהוֹשִׁיבִי *ad collocandum*; Pſal. 113. 8. cum Jod paragogico; a יָשַׁב.

לְהָכִיל *ad conſumendum*; Ezech. 21. 28. prima litera radicali eliſa, pro לְהַאֲכִיל.

לְהֲנָפָה *ad agitandum*; Jeſ. 30. 28. cum ה paragogico pro לַהֲנִיפָה: a נוּף.

לְהַפְרְכֶם *ut irritum faciatis vos*; Lev. 26. 15. Chirek mutatum eſt in Sceva ad faciliorem pronunciationem; pro לַהֲפִירְכֶם a radice פּוּר.

לַהְשׁוֹת *ad perdendum*; 1. Reg. 19. 25. Infin. Hiphil a themate שָׁאָה, extrito א, & prioribus punctis tranſpoſitis, pro לְהַשְׁאוֹת.

לְחָיַיִם *maxillæ duæ*; Deut. 18. 3. a ſing. לְחִי, pro Chirek habet Kametz.

לְחֶנְנָהּ *ad gratificandum ei*; Pſal. 102. 14. Infin. Pihel cum Sægol præter normam, pro לְחַנְּנָהּ, a חָנַן.

לֻחֹתַיִם *duæ tabulæ*, Ezech. 27. 5. formam habet compoſitam ex plurali & duali, a לוּחַ.

לְרוֹת *ad jaculandum*, Pſal. 64 5. litera prima radicali Jod abjecta, pro לִירוֹת.

לָלַת *ad pariendum*; 1. Sam. 4. 19. contractum eſt pro לָלֶדֶת a יָלַד: quidam poſitum contendunt pro לְיַלֵּת *ad ejulandum*, a יָלַל: huic ſimilis contractio eſt in אַחַת pro אַחֶדֶת.

לְרָא *ad timendum*; 1. Sam. 18. 29. cum Aphæreſi primæ radicalis Jod, pro לִירֹא; a יָרֵא.

לְרְאֻוֹה *ad aſpiciendum*, Ezech. 28. 17. cum ה paragogico, & tertia radicali ה mutata in ו; a רָאָה.

לְתִתֵּן *ad dandum*, 1. Reg. 6. 19. cum Nun paragogico præter morem, a תֵּת, quod a נָתַן.

# מ

מֵבִי *adducens*, Jer. 19. 15. cum Aphæreſi literæ Aleph a בּוֹא.

מְבַעִתֶּךָ *perturbans te*, 1. Sam. 16. 15. contractum eſt pro מְבַעַתְתֶּךָ ex forma מְבַעֶתֶת, a בָּעַת.

מְרִיבוֹת *cruciantes*; Lev. 26. 16. abjecta media radicali, pro מַרְאִיבוֹת, a דָּאַב.

מַהְלְכִים *deducentes*, Zach. 3. 7. accelerandæ pronunciationis gratia cum Sceva ad formam Chaldaicam loco Chirek. Eſt enim pro מַהֲלִיכִים: huc refer מַעְזְרִים 2. Paral. 28. 23. מַחְלְמִים, Jerem. 29. 8. & מַחְצְרִים 2. Paral. 29. 28. quod etiam cum צ redundante ſcribitur.

מוּעֶדֶת *vacillans*; Proverb. 25. 19. Partic. Benoni Kal a radice מָעַד cum Surek loco Cholem, & Kametz loco Sægol pro מוֹעֶדֶת, aut מוֹעַדֶת.

מוּסָב *circumdatus*, Ezech. 41. 7. propter accentum abla-

ablatum Kametz correptum eſt in Pathach.

מוֹצֵאת *inveniens*, Cant. 8. 10. fæmin. Partic. in ת ſpecialis formæ pro מוֹצֵאֶת : huc ſpectat נשׂאת 1. Reg. 10. 22. quæ contracta reperiuntur 2. Sam. 18. 22. מֹצֵאת, & נֹשֵׂאת Eſth. 2. 15.

מוֹשִׁיבִי *collocans*, Pſal. 113. 9. cum Jod paragogico; a יָשַׁב.

מֵזִין *advertens*, Proverb. 17. 4. contractum eſt pro מַאֲזִין.

מַחֲאֵךְ *plaudere te*, Ezech. 25. 6. extra omnem regulam, & rationem duæ vocales breviſſimæ continuo leguntur; pro מַחֲאֵךְ vel potius מַחְאֵךְ.

מֵחֲטוֹ *a peccando*; Gen. 20. 6. cum Apocopa tertiæ radicalis א, aut eſt ad formam Quieſcentium ה.

מֵחֲרוֹן *ab æſtuando*; Pſal. 85. 4. cum Nun paragogico præter morem, ex מֵחֲרֹה, vel potius מֵחֲרוֹת: thema eſt חָרָה.

מְטַחֲוֵי *jaculantes*; Geneſ. 21. 16. Participium plur. Pihel contractum, tertia radicali ה in ו mutata; pro מְטַחִים, a טָחָה, ſicuti dicitur חֲגָוֵי *fiſſuræ* a חָגָה; & קַצְוֵי *extremitates* a קָצָה.

מִיָּרְדִי *a deſcendendo me*; Pſal. 30. 4. cum Kametz longo loco Kametz Chatuph; quod indicat appoſitus accentus Methegh: huc duo alia referenda ſunt עָמְדָךְ Obad. 11. & רָדְפַי Pſal. 38. 21.

מִיְּרֻשָּׁתְךָ *de hereditate tua*, 2. Paral. 20. 11. ſpe-

ciale eſt Sceva ſub Jod. Quando enim præpoſitio מִ Jod Scevato præponitur, tum Daghes, tum Sceva Euphoniæ cauſſa auferuntur. Alterum obſervarunt Maſorethæ Daniel. 12. 2. מִישְׁנֵי: *e dormientibus* pro מִיְּשֵׁנֵי.

מְלֵאֲתִי *plena*; Jeſ. 1. 21. cum Jod paragogico, & Chateph Pathach ſub ultima radicali; cui ſimilia ſunt שָׂרָתִי, גְּנֻבְתִי, רַבָּתִי, מַלְכִּי, דִּבְרָתִי, &c.

מִלְּבוֹא *ab adeundo*; Amos 6. 14. Infinitivus Kal, qui habet ל, & מ conjunctum ex Chaldaica forma.

מְלָושְׁנִי *detrahens*; Pſal. 101. 5. multiplex hic Anomalia. Primo eſt Jod paragogicum; ſecundo Vau redundans; tertio Cholem correptum iu Kametz Chatuph. Analogice enim dicendum eſt juxta formam Pihel מְלוֹשֵׁן: cui aliqua ex parte ſimile eſt לִמְשֹׁפְטִי *judicanti me* Job. 9. 15.

מַלִּינִים *murmurantes*; Exod. 16. 4. cum Pathach & Daghes præter morem, loco מְלִינִים a radice לוּן.

מִנֹּאָץ *irritatur*; Jeſ. 52. 5. eſt formæ compoſitæ ex Puhal, & Hithpahel. Daghes enim in Nun denotat literam characteriſticam Hithpahel ת abjectam; Cholem autem, & Kametz repræſentant formam Puhal.

מַסִּית *incitans*, Jer. 43. 3. Tzere correptum eſt in Pathach, & Daghes pro מֵסִית a radice סוּת.

מַלְּפֵנוּ *docens nos*; Job 35. 11. cum Aphæreſi pri-

mæ

mæ radicalis א pro מְאַלְפֵנוּ Particip. Pihel.

מְקַלְלָנִי *maledixit mihi*; Jer. 15. 10. compoſitum eſt ex קִלֵּל & ex קָלָה, quod in Hiphil ſignificat *ignominia afficere*; ו enim eſt loco radicalis ה; vel potius eſt forma compoſita ex Præter. קִלְלוּנִי *maledixerunt mihi*; & ex Participio ejuſdem Verbi מְקַלְלֵנִי *maledixit mihi quiſque*.

מְקֻנַּנְתְּי *nidificans*; Jerem. 22. 23. habet formam compoſitam ex Præterito Puhal קֻנַּנְתְּ, & ex Participio מְקֻנֶּנֶת. Rabbi autem Jona Grammaticus nullam formam compoſitam agnoſcit, ſed duntaxat craſin vocalium, ut fit in תֹּסֶף, יֵשְׁתְּ pro תֹּסַף, יֵשַׁת.

מְרַאֲשֹׁתֵי *a cervicalibus*; 1. Sam. 26. 12. formam habet maſculinam, & fæmininam, a radice רֹאשׁ.

מַרְבָּה *multiplicans*, Ezech. 23. 33. ſub formativa Participii eſt Chirek pro Pathach extra omnem regulam; eſt enim Particip. Hiphil a רָבָה.

מֵרְדָה *a deſcendendo*; Geneſ. 46. 3. Infiniti. Kal Verbi יָרַד cum ה paragogico; cui ſimilia ſunt דֵּעָה, לֵדָה. Sed hæc & alia potius Nominis, quam Verbi infiniti rationem habent.

מִשְׁתַּחֲוִיתֶם *procumbentes*; Ezech. 8. 16. eſt formæ compoſitæ a Participio מִשְׁתַּחֲוִים, & a Præterito הִשְׁתַּחֲוִיתֶם; a שָׁחָה.

# נ

נֵאוֹת *acquieſcamus*; Geneſ. 34. 15. ſpeciale eſt cum Cholem a radice יָאַת; & ſic ibid. 23. legitur cum ה paragogico נֵאֹתָה; & 22. יֵאוֹתוּ.

נֵאָרִים *maledicti*; Mal. 3. 9. Participium Niphal cum Tzere dilatandæ pronunciationis cauſſa; pro נְאָרִים a radice אָרַר.

נֵגֹאֲלוּ *contaminati ſunt*; Thren. 4. 14. formam habet compoſitam ex Niphal, & Puhal: נ enim eſt ex forma Niphal; reliqua ex Puhal; a גָּאַל.

נִגְלֹה *revelare ſe*; 1. Sam. 2. 27. Infin. Niphal cum Nun characteriſtico Præteriti; pro הִגָּלֹה: huc pertinet נִקְרֹא 2. Sam. 1. 6. quod eſt etiam cum א loco ה; & נִגְלוֹת ibid. 6. 20.

נִגֹּף *cadendo*; Judic. 20. 39. Infin. Niphal pro הִנָּגֵף; a נָגַף.

נוּלְּדוּ *editi ſunt*; 1. Paral. 3. 5. eſt formæ compoſitæ ex Niphal, & Puhal, quaſi ex יֻלְּדוּ, & נוֹלְדוּ; a יָלַד.

נִוַּסְּרוּ *erudientur*; Ezech. 23. 48. Præter. Hithpahel aſſumpta litera נ ex Niphal pro ה, & eliſa litera characteriſtica ת; pro הִתְוַסְּרוּ a יָסַר.

נִחַלְתְּ *profanata es*, Ezech. 22. 16. ad formam per-

fe-

fectorum, & abjecto Daghes, quaſi נֵחַלֶּלְתְּ, a radice חָלַל: huic ſimile נֵחַנְתְּ *grata es*, Jerem. 22. 23. pro נֶחֱנוֹת.

נֵחָמִים *incaleſcentes*, Jeſ. 57. 5. Particip. Niphal pro נוֹחָמִים a radice יָחַם, quaſi Jod quieſcat in Tzere, ut fit in Hiphil hujuſmodi Verborum.

נִכְּאוּ *percuſſi ſunt*; Job. 30. 8. cum Epentheſi א, pro נִכּוּ, a radice נָכָה; poteſt etiam eſſe a כָּאָה, quaſi *afflictiſſimi ſunt*; & Daghes in כ erit euphonicum; cum in primo themate ſit characteriſticum.

נִסְבָּה *circumdata* 1. Paral. 10. 15. cum Chirek in medio pro Pathach. Eſt enim loco נְסַבָּה.

נְסָה *attolle*; Pſal. 4. 7. Imperativ. Verbi נָשָׂא, א mutato in ה, & שׂ in ס, pro נְשָׂא, quod legitur Pſal. 10. 12. & hoc rurſus pro שָׂא.

נֵעוֹר *excitatus fuit*; Zach. 2. 13. Præter. Niphal cum Tzere loco Kametz; a radice עוּר.

נִפְלָאת *admirabile fuit*; Pſal. 118. 23. eſt contractum in ת, pro נִפְלָאָה: hinc 1. Sam. 1. 26. legitur נִפְלָאתָה cum duplici nota generis fæminini augendæ ſignificationis gratia; ſed altera in ת mutata; a פלא.

נְפֹצוֹתֶם *diſperſi eſtis*; Ezech. 11. 17. cum duplici Cholem pro נְפוּצוֹתֶם a radice פוּץ: huic ſimile ibid. 20. 43. נְקֹטוֹתֶם *faſtidio eritis*.

נִקָּבְצוּ *congregate vos*; Joel. 3. 11. Imperat. Niphal cum Nun characteriſtico Præter. pro הִקָּבְצוּ.

נָקֹטָה *faſtidit*; Job 10. 1. cum Sceva accelerandæ pronunciationis cauſſa; pro נָקוֹטָה, a קוּט.

נִרְאָה *viſus*; Num. 14. 14. Partici. cum Kametz loco Sægol. Non enim poteſt eſſe tertia perſona Præter. propter adjunctum Pronomen ſecundæ perſonæ; a רָאָה.

נְשָׁאִים *exigentes*: Nehem. 5. 7. cum Epentheſi א pro נֹשִׁים a נָשָׁה.

נְשַׁדְּנוּ *vaſtati ſumus*; Mich. 2. 4. cum Kibbutz loco Cholem. Eſt enim pro נְשַׁדּוֹנוּ: quidam autem volunt נוּ eſſe affixum, quaſi idem ac נָשְׁדוּ מִמֶּנּוּ *vaſtati ſunt a nobis*; ſed hoc ſenſui incongruum; a שָׁדַד.

נָשׂוּא *tulerunt*; Pſal. 139. 20. cum א paragogico; ſeu potius Metatheſi Vau, & Aleph. Eſt enim pro נָשְׂאוּ, & ad formam Quieſcentium ה נָשׂוּ.

נְשׂוּי *levatus*; Pſal. 32. 1. Participium Pahul ad formam Quieſcentium ה pro נָשׂוּא.

נַשַּׁנִי *oblivisci fecit me*; Geneſ. 41. 51. pro נִשַּׁנִי Præter. Pihel a נָשָׁה.

נִשְׁתָּוָה *æqualis eſt*; Proverb. 27. 15. formam habet compoſitam ex Niphal, & Hithpahel: ex Niphal enim aſſumptum eſt נ: prius autem Kametz eſt Euphoniæ cauſſa pro Pathach & Daghes: dicendum enim erat הִשְׁתַּוָּה.

נִשְׁתָּעָה

נִשְׁתָּעָה *obſtupeſcemus*; Jeſ. 41. 23. Futur. Hithpahel cum Kametz in fine præter morem pro נִשְׁתָּעֶה.

# ס

# ע

עֲלֻפֶּה *laſſus*; Ezech. 31. 15. Participium Puhal cum ה paragogico præcedente Sægol pro Kametz.

עֻצוּ *conſilium inite*; Eſa. 8. 11. Impera. Kal Verbi יָעַץ cum SureK loco Sceva.

עֲשִׂיתִם *feci eos*; Geneſ. 6. 7. cum defectu Jod pro עֲשִׂיתִים.

עֲשִׂיתֶן *feciſtis*; Ezech. 33. 26. cum Nun loco Mem, pro עֲשִׂיתֶם.

עָשָׂת *fecit*; Lev. 25. 21. eſt formæ contractæ in ת pro עָשְׂתָה; cui ſimile קָרָאת, etiam cum Epentheſi א, aut ad formam Quieſcentium א.

# פ

פֹּרָת *fructificans*, Geneſ. 49. 22. cum ת loco ה.

פְּתָיִים, & פְּתָאִים *ſimplices* a ſing. פְּתִי.

# צ

צְבָיהָ *militantes ejus* Jeſ. 29. 7. cum Aphæreſi א; pro צְבָאֶיהָ; ad formam Quieſcentium ה.

אִמְּתְחוּנִי

צִמְּתוּנִי *exciderunt me*; Pſal. 88. 17. ultima radicalis litera geminata eſt ad augendam ſignificationem: a צָמַת.

צָקוּן *effuderunt*, Jeſ. 26. 16. cum Aphæreſi primæ radicalis a יָצַק.

# ק

קָאם *ſurgit*; Hoſ. 10. 14. cum Epentheſi א pro קָם.

קָבָה *maledicito*; Num. 22. 11. Imperati. a קָבַב cum ה paragogico, ubi vocalis brevis, & Daghes producta ſunt in Kametz longum, pro קָבָּה.

קָחֵם *accepit eos*; Hoſ. 11. 3. cum Aphæreſi primæ radicalis, pro לְקָחָם; huic ſimile רַד *declinavit*, pro יָרַד Jud. 19. 11. & קַח pro לְקַח Ezech. 17. 15.

קְחַת *accipere*; 2. Reg. 12. 9. cum Sceva præter morem pro קַחַת.

קִיוּ *vomite*; Jer. 25. 27. Imper. Kal a radice קוֹא cum Jod loco Aleph pro קֹאוּ, ſicut dicitur בֹּאוּ: aut potius radix eſt קָאָה, & tunc dicendum erat קְאוּ.

קְרָאֶן *vocate*; Exod. 2. 20. cum duplici Apocope; primo ה, ſecundo Kametz pro קְרָאֶנָה.

רָאֵה

## ר

רָאֵה *videre*, Pſal. 142. 5. deſinit in Tzere ad formam Chaldaicam, pro רָאֹה vel רְאוֹת.

רָאמוֹת *altæ*; Prov. 24. 7. cum Epentheſi א.

רֶבֶה *multiplica*; 9. 29. cum Sægol præter normam, pro רַבֵּה.

רִבּוֹתַיִם *duæ Myriades*, Pſal. 68. 18. formam habet compoſitam ex plurali, & duali.

רִיבוֹתָ *contendiſti*; Job. 33. 33. cum Aphæreſi literæ characteriſticæ Hiphil, pro הֲרִיבוֹתָ; a רוּב.

## ש

שׁוֹא *tollere*; Pſal. 89. 10. cum aphæreſi literæ primæ radicalis pro נְשׂוֹא, huc refer שׁוֹב Jerem. 42. 10. *manendo* pro יָשׁוֹב.

שׁוֹבְבָתֶךְ *pervertit te*, Jeſ. 47. 10. cum Sægol loco Tzere propter accentum ad penultimam retractum.

שׁוּבֵינוּ *reduc nos*, Pſal. 85. 5. Imperat. cum Jod redundante.

שׁוֹשֵׂתִי *deprædatus ſum*; Jeſ. 10. 13. Præter. Pihel cum Cholem loco ChireK, & Daghes pro שִׁשֵּׂתִי a שָׁשָׂה: aut habet formam compoſitam ex שָׁסַס, & שָׁסָה, quæ idem ſignificant, ס in שׂ mutato: aut potius eſt ex forma Pohel.

שִׁחֲרוּ

שַׁחֲדוּ *munera date*, Job. 6. 22. cum Chirek ante gutturalem Sceva compoſito notatam; a שָׁחַד.

שֶׁיֹּצָא *qui procedit:* Eccleſ. 10. 5. ad formam Quieſcentium tertia ה pro שֶׁיֹּצְאָה.

שָׁלַוְתִּי *tranquillus fui*: Job. 3. 36. a שָׁלָה, tertia radicali ה in ו commutata, pro שָׁלִיתִי.

שָׁמוֹת *deſolare*; Ezech. 36. 3. Infini. Kal a radice שָׁמַם forma petita a Quieſcentibus tertia ה.

שֻׁפְּכָה *diffuſi ſunt*; Pſal. 73. 2. cum ה loco ו.

שִׁשֵּׁאתִיךָ *deprædabor te*, Ezech. 32. 2. ה radicale mutatum eſt in א pro שִׁשֵּׁיתִיךָ; a ששה.

שָׁת־לִי *poſuit mihi*; Geneſ. 4. 25. cum Kametz longo ante MaKaph præter morem.

שַׁתּוּ *poſuerunt*; Pſal. 49. 15. vocalis longa converſa eſt in Pathach, & Daghes, pro שָׂתוּ a שׁוּת; aut forma aſſumpta eſt a Deficientibus ſecunda; quaſi a שתת.

# ת

תֹּבֵא *acquieſces*, Proverb. 1. 10. ubi prima radicalis א eſt abjecta, & tertia ה in א mutata, pro תֹּאבֶה.

תְּאָכְלֵהוּ *comedet eum*; Job. 20. 26. tranſpoſitis punctis pro תֹּאכְלֵהוּ.

תְּאַמִינוּ *dexteram petetis*; Jeſ. 30. 21. cum א loco ו ab ימן; dicendum enim erat תּוֹמִינוּ, aut ſaltem

tem תְּמִימֵנוּ: huc referendum תַּאסִיפוּן Exod. 5. 7. pro תּוֹסִיפוּן.

תֵּאָמַנָה *nutrientur*, Jeſ. 60. 4. cum ſyncopa literæ נ, quæ per Daghes non compenſatur; pro תֵּאָמַנְנָה; cui ſimile Ruth 1. 13. תֵּעָגֵנָה *tardabitis*.

תְּבוֹאתָה *veniat*; Deuter. 33. 16. cum duplici ה paragogico, & priori mutato in ת: unde Job 22. 21. dicitur תְּבֹאַתְךָ *obveniet tibi* cum ה paragogico mutato in ת propter affixum: quidam autem compoſitam formam faciunt ex Præter. בָּאָה, & Futuro תָּבוֹא.

תִּבְעָיוּן *quæretis*, Jeſ. 21. 12. cum Jod epenthetico, ſeu potius pro ה, a בָּעָה: cui ſimile Job 19. 2. תּוֹגְיוּן *mœrore afficietis* pro תּוֹגוּ a radice יָגָה, & Jeſ. 40. 25. תְּדַמְּיוּנִי *aſſimilabitis me*, pro תְּדַמּוּנִי; a דָּמָה.

תְּהִימֶנָה *perſtrepent*; Mich. 2. 12. pro תְּהִימְנָה; Sceva in Sægol productum eſt, & Kametz propter accentum ad Sægol translatum correptum eſt in Sceva: a radice הוּם.

תֹּסֵף *addes*; Proverb. 30. 6. contractum eſt ad formam Quieſcentium ה pro תּוֹסֵף a radice יָסַף.

תֵּזְלִי *curſitas*; Jerem. 2. 36. ex forma Chaldaica occultat primam radicalem א in Tzere, pro תֵּאזְלִי; huc pertinent אֵהַב *diligam*, Proverb. 8. 16. & וָאֵחַר *& moratus ſum*, Geneſ. 32. 4.

תַּחְשְׁבוּנִי *reputent me*; Job. 19. 15. ubi eſt nota

fæ-

fæmini. & terminatio Maſculina, cui ſimile Ezech. 37. 7. וַתִּקְרְבוּ *& appropinquarunt*.

תְּמַחִי *deleas*; Jerem. 18. 23. pro תְּמַחֶה vocalibus tranſpoſitis; ה autem mutatum eſt in Jod propter Chirek. Quidam vero putant eſſe Futurum Hiphil; & Jod eſſe paragogicum additum formæ תֵּמַח per apocopem; a מָחָה.

תַּמְנוּ *conficimur*; Pſal. 64. 7. Cholem correpto in Sceva, & Daghes ejecto accelerandæ pronunciationis cauſſa pro תֹּמְנוּ a תָּמַם. Hebræorum alii cenſent eſſe tertiam perſonam pro תָּמְמוּ ad formam analogam, Mem in Nun commutato; præſertim cum præcedat aliud Verbum tertiæ perſonæ: alii, inter quos præcipuus R. Salomon, volunt ת eſſe loco ט, ut ſit טָמְנוּ *abſcondunt*.

תָּעָבְדֵם *coles ea*; Exod. 20. 5. pro תַּעַבְדֵם.

תַּעֲבוּרִי *tranſibis*; Ruth. 2. 8. cum Surek loco Cholem; cui ſimile תִּשְׁמוּרֵם *cuſtodiet eos*, Proverb. 14. 3.

תְּפוֹצוֹתִיכֶם *diſperſiones veſtræ*; Jere. 25. 34. cum Chirek extra omnem regulam pro Tzere ante affixum כֶם.

תְּצִלֶּנָה *tinnient*; Jerem. 19. 3. a צָלַל pro תְּצִלֶּינָה, quaſi factum a נָצַל, quod non reperitur.

תִּרְגַּלְתִּי *aſſuefacio*, Hoſ. 11. 3. Præter. Hiphil cum ת pro ה. R. autem Moſes vult eſſe Nomen cum affixo a תִּרְגֹּלֶת: aſt obſtat accentus in penultima.

תִּשִׁי

תֶּשִׁי *obliviſceris* ; Deut. 32. 18. pro תִּנְשֶׁה , vel תִּשֶּׁה . Prima enim נ deficere ſolet in Futuro , a נשה : Quidam radicem fingunt שָׁיָה formæ הָיָה ; & ſicut per apocopam accentu retracto dicitur תֶּהִי , ſic hinc תֶּשִׁי .

תַּתָּה *dediſti* ; 2. Sam. 22. 41. deficit prima radicalis נ , pro נָתַתָּה ; quod rurſus loco נָתַנְתָּ .

ישמע חכם ויוסף לקח :

IN-

# INDEX CAPITUM
## PRIMÆ PARTIS

DE Literis. Cap. 1. pag. 1
De Punctis, ſeu Vocalibus. cap. 2. 5
De Daghes, & Mappik. cap. 3. 9
De differentia Kametz brevis, ſive Kametz Chatuph a Kametz longo, & a Cateph Kametz. cap. 4. 14
De Accentibus, eorumque uſu, poteſtate, & numero. cap. 5. 15
De Nomine. cap. 6. 20
De Pronomine. cap. 7. 27
De Verbo. cap. 8. 36
De Verborum Perfectorum Conjugationibus, ac prima eorum Kal. cap. 9. 40
De ſecunda Conjugatione Pihel, & ejus Paſſiva Puhal. cap. 10. 44
De tertia Conjugatione Hiphil, & ejus Paſſiva Hophal. cap. 11. 47
De quarta Conjugatione Hithpahel. cap. 12. 50
De Verbis Imperfectis, & primum de Deficientibus prima radicali נ cap. 13. 52

&

& cap. 14. 55
De Deficientibus ſecunda litera radicali, c. 15. 57
cap. 16. 60
cap. 17. 61
cap. 18. 63
De Verbis Quieſcentibus prima radicali Jod. cap. 19. ibid.
cap. 20. 66
cap. 21. 68
De Verbis Quieſcentibus ſecunda radicali cap. 22. ibid.
cap. 23. 72
cap. 24. 73
cap. 25. 76
De Verbis Quieſcentibus ultima radicali א cap. 26. ibid.
cap. 27. 79
cap. 28. 80
cap. 29. 82
De Quieſcentibus tertia radicali ה cap. 30. ibid.
cap. 31. 86
cap. 32. 88
cap. 33. 90
De Verbis dupliciter Imperfectis cap. 34. 92

N De

De Verborum affixis. cap. 35. 106

# SECUNDÆ PARTIS.

De Nominum Conſtructione. cap. 1. 116
De Syntaxi Pronominum cum Nominibus. cap. 2. 121
De Verborum Syntaxi. cap. 3. 124
De Syntaxi Verbi ſubſtantivi היה cap. 4. 131
De Syntaxi Verbi Infiniti. cap. 5. 132
De Syntaxi adverbiorum. cap. 6. 135
De præpoſitionibus בכלם, bachlam & literis paragogicis אהוין, ehevin cap. 7. 136
De Conjunctionibus ו, & אם cap. 8. 138
De Proſodia Metrica Hebræorum. pag. 138
Catalogus, & perbrevis explicatio vocum fere omnium, quarum forma, & flexio in Bibliis hebraicis eſt anomala. 145

JO.

# JOSEPHI PASINI

# ORATIO

**Ad S. Scripturam, & Linguas Orientales,**

HABITA TAURINI,

***Cum publica Studia inſtaurarentur***

## *ANNO MDCCXX.*

*Quæ ex alienis linguis veniunt, ab earum linguarum hominibus quærenda eſſe.*
Aug. de doctr. Chr. lib. 2. c. 14.

IN tam frequenti Sapientiſſimorum hominum conventu verba facturum duæ res potiſſimum multis de cauſis, iiſdemque graviſſimis me commovent; ingenii infirmitas, & oneris impoſiti magnitudo; quarum utraque ut ubique infeſta eſt, ita me hoc in loco præſertim angit, atque perturbat, in quo nihil omnino latere poteſt, judiciumque declinare. Video enim huc florem Italiæ, Italiæ dico? Europæ totius confluxiſſe; video celeberrimas orbis terrarum Academias magnam ſui partem in hanc urbem miſiſſe; novum video ſtudiorum inſtitutum Regis Munificentiſſimi ſplendore, & ſapientia digniſſimum; viros denique video omni eruditionis, & ſcientiæ genere ornatiſſimos, quos cum tradita literis monumenta apud exteras, & barbaras etiam gentes commendant; tum univerſa literaria Reſpublica tanquam patronos, & principes colit, ac veretur. Neque vero tantopere querendum videretur, hæc ſumma in illis eſſe, ſi in nobis eſſent ſaltem mediocria. Verum ita res ſeſe habet, ut ego, qui

neque uſu ſatis, & ingenio parum poſſum, tenuis plane, ac obſcurus cum diſertiſſimis revera hujuſce ætatis, & celeberrimis hominibus comparer, & ſimplices, ac rudes Orientis Muſæ, quibus nullæ opes, nullæ facultates, exiguæ faventium copiæ ſunt, cum Tullio, Demoſthene, Ariſtotele, Platone, Juſtiniano, aliiſque gratioſiſſimis hominibus contendant. Cum vero illud animo attentius perpendo, ex tot, tantiſque ſacrarum Scripturarum Interpretibus vix unum, aut alterum fuiſſe, qui a quamplurimis difficultatibus, quæ in iis explicandis occurrunt, bene feliciterque ſeſe expedierit; fere autem omnes cum in principiis, tum in concluſionibus ex iiſdem deductis quam maxime inter ſe diſſentire, ita provinciæ demandatæ mole laboro, ut pene ſuccumbam, & quid vobis in tanta virium me rum tenuitate ſpondendum ſit, omnino ignorem. Alii enim alio ſacra divini Spiritus eloquia vertunt, ac detorquent. Hic Græcos, ille Syriacos, nonnulli Hebraicos, plerique Latinos ſequuntur codices. Romani Auguſtini, Hieronymi, Ambroſii, Theodoreti, Caſſiodori, Marianæ, Bellarmini commentariis ſtudent; Heterodoxi Munſteri, Oecolampadii, Zuinglii, Lutheri, Calvini explanationes amplectuntur. Illi cum literis traditam a Patribus, & Eccleſia doctrinam conjungunt; iſti, omni rejecta doctrina, unis adhærent literis. Ex prioribus alius allegorias amat, alius eruditiones affectat, alius Theologica, & Philoſophica perquirit, *& magno ſe judice quiſque tuetur*; ex poſterioribus alii ex Theodotione, Symmacho, Aquila; alii ex Maſorethis, & plerique omnes ex ingenio ſuo interpretationes confictas populo venditant. Cum tanta ſint in varietate, & diſſenſione conſtituti præcipui doctores, quid conſilii capiendum? quem textum conſulas? cui ex interpretibus des operam? Comparanda ne undique gentium magna librorum copia? depopulandæ ne omnes bibliothecæ? omnia linguarum ge-

ne-

nera perdiſcenda? ſingulæ cum veteres, tum recentiores excutiendæ interpretationes? Hoc quidem immenſi, atque adeo inutilis laboris opus eſſet; & rem per ſemet obſcuram craſſioribus tenebris accumularet. Quid igitur? ſcilicet, niſi fallor, in recto ſtudiorum ordine, tanquam in cardine, tota res vertitur, quem ſi probe ſtatim inſtituas, cetera deinceps ſponte ſua feliciter conſequuntur. Igitur ita ſtatuo, Divi Auguſtini monitum ante oculos perpetuo habendum eſſe, ut *quæ ex alienis linguis veniunt, ab earum linguarum hominibus quæramus*; hoc eſt, ad autographos codices ſtatim contendamus, eoſque unos interpretes adhibeamus, quorum ope, & auxilio non quidem inanes controverſiæ diſceptentur, ſed autographi ipſi probe intelligantur. Id cujuſmodi ſit, paucis habete, & pro veſtra humanitate diligenter attendite.

Qui ad linguarum ignorationem, in qua primis temporibus univerſa pene verſabatur Eccleſia, animo pauliſper ſe referat, ei nihil mirum videbitur, tam paucos ex tanto ſcriptorum numero fuiſſe, qui in ſacris literis operam ſuam rite, recteque navaverint. Hebræos enim oderant fere omnes, atque ex inveterato in ipſam gentem diis, hominibuſque inviſam odio, Hebraicos quoque codices, unde in Eccleſiam omnis emanaverat veritas, odiſſe, abjicere, & palam inſectari cœperunt. Cumque Judæorum percunctationibus, quibus arcte premebantur, ſe facere ſatis non poſſe intelligerent, ad allegorias, ad reconditos ſenſus, ad confirmanda naſcentis Eccleſiæ myſteria ſe contulerunt, ut callidam eorum in exponendis ſcripturis peritiam novæ religionis tradendæ ſimulatione honeſte ſubterfugerent. Duo tantum fuerunt ex antiquis Patribus Origenes, & Hieronymus, præclariſſima Eccleſiæ lumina, qui veritate hebraica e gremio Synagogæ abrepta, omnem rem ſacram nobis reſtituere; aberrantia hominum ingenia in rectum tramitem traduxerunt, iiſque contra inſul-

tantes Judæos arma tradiderunt. Eorum tamen opera obtrectatorum calumniis, & inertia ſæpe improbata eſt, fato quodam rerum optimarum, quæ adverſario carere nequeunt. Sed cum veritas diu latere non poſſit, & per ſe ipſa, veluti Sol ex nubibus, emergat, tandem aliquando ipſe quoque Auguſtinus, & Rufinus Antiſtes, cum Hebraicis literis, tum earum cultori Hieronymo conciliati fateri non dubitarunt, nullam ab eo ſuſcipi poſſe rectam Scripturarum interpretationem, cui ad puriſſimos fontes & Hebraicos, & Græcos aditus non pateat.

Et quidem, ut rem a ſuo principio repetamus, docti, & ſapientis interpretis munus eſt, eorum omnium, quæ de una in aliam linguam vertit, diſtinctam, exactamque reddere rationem, varias vocum notiones exponere, vim ſententiarum, & emphaſim oſtendere, orationis ordinem, nexum, & ſiguras pateſacere, ſuam aliorum cum interpretationibus comparare, earumque differentias introſpicere, & cauſſas penitus cognoſcere. Loquor enim de interprete, qui ad docendum vocatus ſit, & ſacras literas impigræ juventuti proponat, quem ita cum vulgo torpere, ut nihil in ſcholas afferat, niſi communem aliquam, & omnibus obviam interpretationem, cum miſerum eſt, tum vero in tanta ceterorum ſtudiorum felicitate minime ferendum. Quis autem Palæſtinum dicendi genus a Latina oratione, ſupra quam dici, & excogitari poteſt, diverſum, ita plane mihi reddiderit, ut nihil præterea poſtulandum videatur, cum ne ipſe quidem Græcus, Syriacus, & Arabicus ſermo, qui tamen ab Hebraico multo propius diſtat, vim omnem ſacrorum Bibliorum capere potuerit? Quis brevitatem Hebraicam, quis ſimplicem illum orationis ſtylum, quo ſacræ admodum delectantur Muſæ, quis auxeſim, tapinoſim, hypallagen, paronomaſiam, onomatopæjam, ellipſim, paragogen, quæ paſſim occurrunt, ita dilucide, clare-

reque Latinis vocibus exprimat, ut eandem verborum, ſententiarumque vim, & rationem ubique ſervet; & Prophetarum mentem, quæ verbis ipſis impreſſa latet, nobis prorſus aperiat? Cujuſque enim ſermonis elegantiæ, tropi, figuræ propriæ ſunt, modo ſyllabarum ſono, modo vocum ambiguitate, modo ipſa verborum poſitione formatæ, ut propterea quæ bene, copioſe, ornateque in una lingua dicta ſunt, in alia ſuis verbis, ſuoque ornatu ſpoliata ſuam quoque naturam exuant neceſſe ſit. Hebraicus autem, ut eſt apud Chryſoſtomum, *neſcio quid divinæ flagrantiæ, neſcio quid ſpirat ſuum, ac genuinum*, quod in aliam dictionem niſi frigide duci nequit. Id ſi firmum, ratumque ſit, quis non videt Hebraica autographa, unde exempla reliqua profluxerunt, ad Latinas exhedras neceſſario eſſe afferenda, ut cæcos illos ſcopulos, in quos ſæpe interpretes offenderunt, tute, cauteque devitemus?

Age vero tu, qui Hebraica ſtudia adeo contemnis, & vernaculas interpretationes tantopere amas, & commendas, quid ſentis de inuſitata illa, & inſolenti apud LXX præpoſitionum, & particularum conſtructione ἀπὸ, ἐν, εἰς, ὑπὲρ, ὅτι, ὡς, ἀλλὰ? quid de peregrinis, & Græcis Scriptoribus ignotis vocabulis ἰαμεὶν, Νωκὶδ, χαβραθὰ, χάσυ, θαῦ? Quid de nova, & inaudita vocum ſignificatione δωρεὰν in Pſal. 35. n. 7. θυμὸς in c. Deut. 32. n. 33. & ἀόρατος, καὶ ἀκατασκεύαστος Gen 1. n. 2. quæ damnatam antiquorum de *Chaos* ſententiam confirmare videntur? Quo te Lexicographo, quo Græco præceptore expedies? Quid cum te de vocibus סלה, חנינים, דורים, פסים percunctabimur? Nihil horum profecto facile capies, niſi ab Hebræis, Arabibus, Syris, Chaldæiſque auxilium petas. Jam vero ſatis ne tibi opis putas ex Latinis exemplaribus, ut certo judicare poſſis, num legendum ſit in capite Iſaiæ 40.

*malitia*, an *militia*? Proverb. 24. *laſſus*, an *lapſus*? Geneſ. 2. *ipſa*, an *ipſum*? in Pſal. 41. *fontium*, an *fortium*? Si enim Latinis exemplaribus adhibenda eſt fides, cedo quibus? Sin autem veritas altius eſt repetenda, cur non ad Hebraicam, Syriacam, Chaldaicam, & Græcam originem revertentes, ea quæ vel a vitioſis interpretibus male edita, vel ab imperitis emendata perverſius, vel a ſcribis dormitantibus aut addita ſunt, aut ablata, aut mutata, corrigimus?

At hæc omnia, inquies, luculenter, & diſerte a multis explicantur. En tibi Bellarminum, Pagninum, Lyranum, Vatablum, Lorinum, Druſium, Fagium, illum etiam ipſum divinarum Scripturarum interpretem, omnium ætatum, omniſque memoriæ doctiſſimum D. Hieronymum. Ediſſere mihi, ſodes, unam, aut alteram horum expoſitionem. Quid cunctaris? quid animi pendes? Hebraica ſunt, Græca, Syriaca, Chaldaica: obſoleverunt. Ita ne? Ageſis, jam Latina proxime ſequitur interpretatio. At interpretatio iſta nimis autographo hæret; non prorſus aſſequor. Quid eſt ergo, quod ex illo ſuggeſto doceas, teque mihi Scripturæ profeſſorem magnifice jactes, qui ne interpretum quidem Latinorum commentarios, utcunque res ſit, intelligere potes? At enim hæc minuta ſunt, & magnis contentionibus non valde digna. Iſthuc mehercule dementiæ, & temeritatis delapſi ſunt Hebraicæ eruditionis oſores, ut quidquam in re tanti momenti minutum eſſe arbitrentur, & optima quæque contemnere malint, quam diſcere. Nos autem ab antiquis Sapientibus Rabbinis accepimus אין בתורה אפילו אות אחת שאין הררים תלויים בה nullam in ſacris Bibliis eſſe vocem, nullam dictionem, ex qua varii ſenſus, variæ interpretationes, varia myſteria elici non poſſint. Multa in hanc rem afferri poſſent, multiſque exemplis oſtendere in promptu eſſet, quam longe a Prophetarum mente ab-

aberraverint viri ceteroquin doctiſſimi, quod hæc ſuis ingeniis minora putaverint. Illud tantum adfero, quod de Hæreticis Marcionitis veteres tradiderunt Patres, eos ex unius particulæ *autem* detractione in quibuſdam Græcis, Latiniſque exemplaribus ex cap. 3. D. *Lucæ* occaſionem, cauſſamque arripuiſſe ad abjudicanda eidem Lucæ duo præcedentia capita, in quibus Chriſti Domini ortus, & pueritia deſcribitur. Quid quod prava unius conjunctionis ו expoſitio ſacerdotium Regi abſtulit Melchiſedeko? ut עלמה, כארי, נשקו, לשאל, aliaſque prope innumeras voculas prætheream, ex quibus malitioſius aſſumptis Trinitatis myſterium, æternam Chriſti generationem, mortem, & reſurrectionem impie Judæi negarunt. Nihil ne igitur grave ad diſputandum nobis ſuppeditant literæ Hebraicæ?

Audio nonnullos, qui Hebraicos codices tum ipſa vetuſtate exeſos, tum multorum audacia corruptos clamitant: quorum vetus calumnia cum a multis jam retuſa fuerit, atque in primis a D. Hieronymo, qui ubique in ſuis ſcriptis *veritatem Hebraicam* appellat, ne veſtra nimium abuti A. A. patientia videar, ſuperſedendum cenſeo: eorumque potius obtrectationibus occurrendum, qui nihil certi ex incerta, & multiplici Hebraicarum dictionum ſignificatione colligi poſſe autumant. Quibus primum hoc præcipiendum videtur, ut caveant, ne Heterodoxis auxilia ferant, quibus depravatas ſuas ſcripturas acrius defendant. Ambiguam enim quam maxime, vagam, & late patentem, ac quidvis quolibet loco docere, vel non docere paratam eſſe ſcripturam volunt, ſive ut ad ſuas interpretationes, tanquam ſola oracula rectum quid edentia, obſequentiſſime audiendas populum adigant, ſive ut damnari per ſacram Scripturam impia eorum dogmata non pateat. Qua ratione Simonius potiſſimum ingenio ſuo abuſus eſt, aliique

ab

Digitized by Google

ab ipſo facti acutiores , & audaciores omnem lapidem cum eodem movent , omnia repagula revellunt, ut Hebraicæ linguæ tum ſignificatio in vocibus, tum Grammatica in regulis quam laxiſſima ſit. Deinde libenter illos interrogarem , utrum ex ingenti Latinæ, Græcæque linguæ copia , & varia , & ancipiti multorum verborum poteſtate quidquam minus certi , & explorati in orationibus Tullii habeatur , in Iliade Homeri, in Hiſtoria T. Livii, in carminibus Virgilii, ut propterea ad vernaculos interpretes neceſſario confugiendum ſit , quorum tamen ſermo eodem ambiguitatis morbo laborat? Ridicula mehercule hæc ſunt, & ſuis auctoribus digna.

Verum enimvero dijudicent illi mihi ſine ulla Hebraici ſermonis ope multas interpretationum differentias , earumque ineant , reddantque rationem ; ſuas vel a falſis vindicent , vel cum optimis conferant, & interpretis lapſus a ſcribarum erroribus ſecernant. Neque enim ſatis accuſatori feceris , ſi dixeris, ego ſic teneo , iſtud ſequor , huic aſſentior, niſi & tuam confirmare, & alterius convellere ſententiam linguarum veritate poſſis , atque inde contradicenti os occludere valeas. Morinus Græcos Sapientes adeo mordicus tuetur, ac defendit , ut eos vates, & prophetas appellet, neque ulla in re a veritatis tramite declinaſſe concedat . Eugubius contra inſcitiæ, fraudis , corruptionis, ac tantum non ſacrilegii eos inſimulat. Eſt qui Romanam editionem ſcripturam falſam, barbaram, depravatam, & a veritate Hebraica quam longiſſime abhorrentem arguat, & abjiciat: alius, qui tantam illi fidem, & auctoritatem tribuat, ut nullam aliam Eccleſiæ deſiderandam cenſeat. Sanctem Pagninum corrigit Vatablus . Oecolampadium , & Zuinglium tanquam incautos reprehendit Lutherus. Munſtero fœdam ſermonis barbariem objicit Pellicanus . Caſtalionius denique omnes explodit interpretes. Qui igitur vel nimis ſuper-

perſtitioſum , vel nimis temerarium judicem repri-
mas, qui illi , ubi erratum ſit , ex primis linguis,
quibus divina verba primum tradita ſunt , oſtendere
nequeas? Si ad explanatores iterum appellas, nemi-
nem unum reperies, quem nimium vel Græcæ , vel
Latinæ , vel ſuæ interpretationis ſtudium in fædiſſi-
mos errores non rapuerit: Syriacum ipſum, & Ara-
bicum Paraphraſtem, Hebræos homines, vel litera-
rum ſimilitudine, vel craſſa Bibliorum Hebraicorum
incuria turpiter lapſos fuiſſe animadverto , quorum
alter novum populi genus *Gelitas* in cap. Geneſ. 14.
*Joſ.* 3. ſibi confinxit; & novam urbem *Oram* in Palæſtinæ re-
gionibus ingenio ſuo extruxit; alter פסילים gen-
*Jud.* 3. tium idola reddidit *Palæſtinam*; & גלגל Græcis,
*Joſ.* 5. Latiniſque oppidi nomen tranſtulit, *præputiatos*: qui-
bus quid putidius? quid abſurdius? Apage ergo te
in vulgus cum tuis explanatoribus, qui turbidas, &
lutulentas bibunt aquas, nobiſque noli puriſſimos fon-
tes invidere.

Sed amicius agamus; & quoniam ad interpretes cauſſam omnem deferri poſtulas, eſto: quem autem ex omnibus tibi ſequendum proponis? Sane de toto hoc Interpretum genere, quam longe, lateque patet, cum difficillimum verba facere, tum multo difficilius ferre judicium. Aliis enim alia placet, probaturque expoſitionis ratio. Sunt qui ornatum amant, & rhetoricum dicendi ſtylum, ſacræque conjunctam Romanam, Græcamque eruditionem. Humilem alii, & pedeſtrem ſpectant locutionem. Plerique Theologica, Phyſica, Moralia perſequuntur; quoſdam ſuaviter tenet ſimplex rerum geſtarum narratio; multi allegorias, & reconditos ſenſus inquirunt: nonnulli tandem orationis contextum, verborum ſignificationes, ſententiarum pondus, Prophetarum mentem tantummodo examinant, & exponunt. Ex his omnibus nulli non probandi, modo mediocritatem, quæ

in

Digitized by Google

in rebus omnibus commendatur, ſervent. Nolo enim in ſcholas afferri ingentia Rabbini Iſaaci commentaria, qui bina volumina, eaque immania in caput primum Geneſeos conſcripſit. Nolo productas, & nimium moleſtas Filippeau perlegi expoſitiones in quatuor prima Oſeæ capita per quam magno volumine comprehenſas, in quibus tam multa verba facit de uno nomine Prophetæ *Beeri*, ut Etymologiis, grammaticiſque notationibus ex Sanctis Patribus, & Rabbinis temere collectis plures referſerit paginas. Nec jejunam Strabi, ſterilem, & perbrevem *gloſſam* proferri volo. Pererium iis, qui polemicas diſſertationes amant, lubenter concedo. Multa de l'Haye volumina Bibliothecarum pluteos occupent. Oleaſtrum ad etymologos remitto. Toſtatus utinam non longe alicubi digrederetur; Titelmannus vero ſibi conſtaret. Bellarminus cautus, ſapiens, acutus, vehemens, & in hebraicis aliquanto doctior. Genebrardum, Steuchum, Maluendam, Riberam, Serrarium, Bonfrerium, Tirinum, Marianam tuto legere potes. Criticos ſacros præ manibus habeto, in quibus tamen adverte pleraque indigeſta eſſe, confuſa, repetita, obſcura, redundantia, & in odium Romanæ Eccleſiæ traducta. Auguſtinus vero Calmetus univerſa, quæ ad hanc rem ſpectant, docte, erudite, & prudenter collegit. Sed ad Hebræos pergamus, quorum cauſſa noſtra hæc inſtituta eſt oratio. Et cum Hebræos ajo, tum Maſorethas, & Talmudicos, tum Rabbinos antiquos, & recentiores intelligo, מדרשים non modo, ſed פרושים etiam comprehendo. Ego vero is non ſum, ut horum in univerſum patrocinium in me ſuſcipere aut poſſim, aut velim. Novi equidem quamplurimos, qui hiſce, quæ de Hebraicæ linguæ uſu, & utilitate hactenus a nobis commemorata ſunt, haud gravate aſſentiunt, nec tamen Hebræorum ſcripta tanti facienda eſſe concedunt: ſtolida eſſe, inquiunt, putida, & inepta, nihilque habere præter

nu-

nugas , & commenta riſu potius , ſibiliſque excipienda . Verum ego etiamſi modice admodum in eorum lectione verſatus ſim , multa tamen in eis adeo utilia deprehendo , ut me ſuſcepti laboris pœnitere nequeat . Etiam illud ſcio , qui penitus in Hebræorum adyta ingreſſi ſunt , eos inde multa protuliſſe , quibus ſe , ſuaque monumenta eruditis hominibus non parum commendaverint . Ex hoc numero in primis fuit Hieronymus omnium Interpretum facile princeps , qui Barabbanum quemdam Judæum magno labore , & pretio audiit præceptorem . Ex hoc Galatinus , Lyra , Burgenſis , Maſius , Serrarius , Ribera; viri Hebraicæ eruditionis copia commendatiſſimi . Ex hoc denique illi omnes , qui in ſacris Bibliis intelligere , & ſapere plus quam ceteri videntur . Etenim cum explicandis Latinis , vel Græcis ſcriptoribus Latini , Græcique grammatici adhibeantur ; cur in Scripturæ interpretatione , quæ Hebraico ſermone primum ſcripta eſt , alio , quam Hebræo homine uti malis ? Forſterus profecto Rabbinorum commentaria dedignatus tyronum riſui ſe non expoſuiſſet in ſuo Lexico Hebraico , cum לילה vocem paragogicam ſæpius in forma fæminina reperiri ſcribat ; nec adeo violenter יקהת a קהל deduxiſſet , & אבן a בנה , cujus etiam ſignificationem plane novam , ſibi uni notam perperam comminiſcitur . Si hac ratione cum Forſtero nominum radices , & ſignificationes fingere liceat , reddat mihi minam , qui me hebraicam docuit Grammaticam .

Nec eſt quod objicias , Rabbinos fallacibus , & captioſis interpretationibus divina eloquia ſæpius detorquere , nugari , ineptire , ut præclariſſima Prophetarum teſtimonia , quæ ſuiſmet ipſis oculis vident , de Chriſti Domini adventu , & novæ legis promulgatione obſcurent . Nam quamplurima ad Chriſtianæ fidei dogmata confirmanda Hebræorum monumenta proferre

re poſſem. Rabbi Moſes Nachmanides proſperitatem, exaltationem, fortitudinem, conſilium, principatum ab Iſaia commemorata Filii e עלמה geniti ad venturum Meſſiam refert. De Meſſia quoque celebre illud Jacobi vaticinium in cap. Geneſ. 49. interpretatur Onkelos Chaldaicus Paraphraſtes; & de eodem Pſalmum 2. exponit R. Salomon; רבותנו דרשו את הענין על מלך המשיח, & Micheæ caput quintum ממך יצא לי משיח בן דוד, & Pſalm. 118. וכן אומר אבן מאסו הבונים, & hujus generis infinita afferri poſſent. Quod ſi quid eſt in eorum ſcriptis, quod pias legentium aures offendat, quod commenta, & fabulas redoleat, de iis prudens, & cautus dijudicet lector, & mala a bonis ſecernat. Neque enim volo univerſa nullo habito delectu inde excerpi: ea tantum, quæ ad rem Grammaticam, ad Judæorum ritus, conſuetudines, & hiſtoriam ſpectant, depromenda contendo: antiquorum Patrum proverbia diligenter, & ad literam explicata, quæ cum in Veteri, tum in Novo Teſtamento ſe offerunt; ex iis percipias ſuadeo; ſententias colligas; pronunciata dilucides; aucta, conciſa, abrupta, translata explices; & ſi lubet, eorum etiam fraudem, & nequitiam armis ex ipſorum manibus abreptis contundere diſcas. Quæ omnia ſine Rabbinorum ope nullo modo præſtari poſſe, quis non videt? Cum autem Scripturarum Interpreti prototypa exemplaria per quam neceſſario conſulenda eſſe, a nobis in ſuperioribus oſtenſum ſit, non eſt, quod pluribus verbis nunc doceam, quantum ad hanc rem conferat adjumenti celebris illa, & admiranda, quæ *Maſora* appellatur, antiquorum Judæorum doctrina. Hæc enim una nobis Biblica volumina in magno Scripturarum naufragio ſarta tecta ſervavit, æternumque ſervatura eſt: hæc depravatos Hæreticorum codices accuſat, & damnat: hæc Romanæ Eccleſiæ Scripturam propugnat: hæc furtim illata explodit, ablata reſtituit, corrupta

cor-

Digitized by Google

corrigit, המסורה, ut illud Synagogæ noſtris quoque hominibus probatum uſurpem, המסורה סייג לתורה. An exiſtimatis, Auditores, fieri poſſe, ut certi quidquam in tanta interpretationum varietate dicamus, niſi animos noſtros hac Maſorethica doctrina excolamus? Ego vero fateor, me his ſtudiis magnopere delectari. Atque adeo hoc mihi concedendum eſt magis, quod ex his Hebraica quoque, Chaldaica, & Syriaca creſcit oratio, & facultas, quæ etſi in me levior eſt, illa quidem, quæ ſumma ſunt, ex quo fonte exhauriam, omnino ſentio. Quis enim Aben Eſra, JarKi, Abarbanele ſapientior? Quis purior, quis elegantior, quis facundior Elia Levita? Quis diligentius Grammatica tradidit Davide Kimchi? Quid pulchrius, quid perfectius, quid ad veri inveſtigationem accommodatius מורא נבוכים Maimonidis? Quæ cum ita ſint, quid eſt, quod de donandis veſtra civitate Hebræis ſcriptoribus, Auditores, adhuc dubitetis? Ego quidem ſic intelligo, cum tanta ad ſacras literas profitendas linguæ Hebraicæ ſit neceſſitas, tantuſque ex Rabbinorum commentariis exiſtat fructus, etiamſi omnes omnium auctoritates repugnarent, nihilo tamen minus ad præclariſſimam hanc laudem contendendum eſſe. Hoc enim interpretandi genus ſi diligenter, ſi docte, ſi copioſe, ſi enucleate noſtris temporibus nonnulli proſequuti fuerint, cum hac in re nihil præterea Romana Eccleſia deſiderare, tum nullam excuſationem miſeri illi, perditique homines ſuorum errorum afferre poterunt, in quibus obſtinatiſſimi perſiſtunt. Certe hæc omnia a nobis præſtentur oportet, & quia volumus, & quia juſſi ſumus. Sed quia intelligo, quam grave ſit hoc homini tam infirmo, in eorum fidem, & benevolentiam, qui me audient, confugio, ut qui noſtrum hoc interpretationis inſtitutum amant, labores noſtros qualeſcunque benigne excipiant; qui vero minus probant, ſaltem non contemnant. Illud quidem omni animi contentione enitar, ut omnes intelligant, me nec laboribus, nec

vigiliis parcere, ut ſuſceptæ provinciæ ſatisfaciam. Ceterum ſingulos, & univerſos rogo, obteſtorque, ut ſi quam mihi operam in re tam difficili navare poſſunt, eam nolint publico bono invidere, ut conſociatis ſimul viribus germanam ſacrarum Scripturarum interpretationem aſſequamur. Reliquum nunc eſt, ut incredibilem animi lætitiam, qua afficior ex hoc tam honorifico munere, omnibus patefaciam. Neſcio quid enim ſingulare, ac eximium fortunis meis acceſſiſſe video, quod ne voto quidem a diis immortalibus optaſſem. Idque totum clementiæ tuæ debeo, Amedee Regum optime, Italiæ vindex, ac patrone. Ac res tuæ præclare geſtæ celebrabuntur illæ quidem noſtris non ſolum, ſed omnium pene gentium literis, & linguis; nec ulla unquam ætas de animi tui pietate, fortitudine, conſilio, religione, magnanimitate, ſapientia, tuiſque reliquis laudibus, quæ ſummæ ſunt, conticeſcet. Sed hoc affirmo, & pace dicam tua, nullam in his eſſe laudem ampliorem ea, quam hoc tempore es conſecutus. Ampliſſima enim hæc literarum inſtitutio, & diſciplina, inſignis hæc, ac regalis munificentia, qua earum cultores vocas, & excipis; præcipue vero tutum hoc, & ſacroſanctum, quod peregrinis, extorribus, & deſertis Palæſtinæ Muſis ſponte, & liberaliter præbes perfugium, totum hoc, quod certe maximum eſt, totum eſt, inquam, tuum. Reliqua animi ornamenta tibi cum majoribus tuis communia ſunt. At vero hujus gloriæ ſocium habes neminem. Quod autem ex tam multis, qui hac ætate Romana, Græca, & Hebraica eruditione præſtant, ſapientiſſimis viris, ad ſacras literas tradendas me tenuem, & obſcurum hominem potiſſimum advocaris, pro certo habe, me tanti beneficii memoriam ſancte, religioſeque tota vita ſervaturum, qua, ut ſpero, fiet, ut vires meas tam exiles aliquando ſuperem, tuæque voluntati docendo, ſcribendoque reſpondeam.

F I N I S.

MG 2011538

Giuseppe da che fossi del
curá di Sadonino ~~Sadonate~~ privocie
1

Digitized by Google

42
3 D
12

Digitized by Google